
13—


6
9-d
10


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
5 C
6

PROSODIA HENRICI SMETII, ALOSTANI MED. D. PROMPTISSIMA





QVÆ SYLLABARVM POSITIONE & diphthongis carentium

QVANTITATES,

Sola veterum Poëtarum auctoritate, adductis exemplis demonstrat.

Ab Auctore reformata, innumerisque locis emendata, & quarta sui parte adaucta.

EDITIO POSTREMA, EMENDATIOR.

Cum appendice aliquot vocum ab Ecclesiasticis poëtis aliter vsurpatarum.











LVGDVNI,
SVMPTIBVS ANTONII CHARD,
sub signo sancti Spiritus.

M. DC. XXIIII.









IOANNI A KORENPVTIO AN. F. TRIBVNO ET ARCHITECTO MILITARI nobilissimo,



HENRICVS SMETIVS S. D.



VVM ante annos pauculos, vir fortissime, poëmatia quædam prima ætate nostra lusa, recognoscere in mentem venisset, tandemque quorundam, qui in scribendis versibus peritiores, editisque in lucem poëmatis clari hoc loco viuebant, iudicio subiecissem: accidit, vt diuersis diuersa (prout ne quid amicitiæ darent, eos ante obtestatus fueram) obelisco liberrimo configentibus, de nonnullarum vocum quãtitatibus quæstiones inciderent, quas hic producendas, ille contrahendas existimaret, de quibus tamen probatorum poetarum exempla proferre nequirent: neque etiam illorum, qui de re Metrica accuratius scripserant Despauterij, Micylli, Fabricij monumenta, controuersiam dirimere

possent. Quo discrepantium opinionum tædio affectus, de Syllabarum Diphthongis, aut Positione carentium, præcipue verò primarum & mediarum (de quibus frequentiùs, quam de vltimis dubitari solet) quantitatibus, sola veterum (qui vt minimum ante annos mille scripserunt) auctoritate comprobãdis cogitare cœpi. Quamobrem peruestigatis (quoties ab ordinariis negotiis, otioli aliquid subfurari possem) pluribus quam centum & viginti poëtarum, cùm operibus integris, tum fragmentis, labore incomparabili, primùm quidem colligebam ea tantum, de quibus meritò dubitari posset. Postea hortatu quorundam, etiam illa, de quibus, licet cultioris eruditionis homines, ex vsitata doctioribus pronunciatione, nihil ambigerent: quædam tamen gentes, quales Galli, Poloni, Vngari ob vernaculi sermonis contagium, Latinæ elocutioni vitium afferre assolent. Vnde tritum illud: *Non curo quantitatem syllabarum, modo sit oratio congrua*: item, *Nos sumus nobiles Poloni.*

Et sicut centies, dum Louanij, Bononiæ & alibi in studiis literarum versarer, notaui, ex professoribus (viris alioquin magni nominis) quosdam ex imperita consuetudine, insuauiter admodum, ac inconcinnè inter prælegendum non pauca proferre, qualia: *Alaricus, alioquin, aliquando, Andronicus, anisum, Apamia, Achiater, Archimedes, Aristobulus, Beronica, Chamætrys, Cleobulus, compotant, cyclaminus, Daricus, Getuli, Heraclitus, hydropes, Lacones mediastinus, mathesis, paracletus, petroselinum, suffocant, thessalonica*, aliaque innumera, contra accentum legitimum, penultimæ syllabæ quantitati debitum. Ex quibus vel solis manifesto

nifeſto liquet, conatum hunc noſtrum, non ſolum pædagogis ad pueros in verſificatoria exercendos: ſed viris quoque in quacunque facultate verſantibus, Theologis, Iuriſperitis, Medicis, Philoſophis, Rhetoribus, Hiſtoricis, ad concinniorem magiſque elegantem etiam ſolutæ orationis prolationem magnopere profuturum. In quo dum allaboro, opus in maiorem expectatione mea tumorem accreuit. Collegi autem potiſſimum ex poëtarum verſibus illis, qui certos pedes poſtulant: quales hexametri, pentametri, Phaleucij, Iambici, Alcaïci, Sapphici, choriambici, trochaïci, ſcazontes, verſuſque formam, ſcanſionis commodioris gratia annotaui, vt de pedibus conſtet, præter hexametrum & pentametrum per ſe notiſſima. Studui interim qua potui exempla proferre, quæ duas aut tres ſyllabas aſſerere queant. Aliquando etiam, vt de vltima conſtaret. Ex Plauto autem, aut Terentio, vt minus curiosè leges ſeruantibus, ſicut ex Catullo in Phaleuciis nimia libertate luxuriante (dum primo illorum pedi modo ſpondæum, modo iambum, modo trochæum quoque attribuit: ſecundo verò loco, dactyli vicem nonnunquam ſpondæo ſupplet) quàm parciſſimus fui, & quidem neceſſitate ſolummodo premente: idque in vocibus, quæ alibi rarius occurrunt. Vitaui quoque, qua licuit (modò alia non deeſſent) verſus cæſurarum licentia abutentes. Eccleſiaſticos autem poëtas parcius produxi: eo quod ſubinde minus anxij quantitatum obſeruatores eſſe videantur, dum maiorem rerum, quàm pedum rationem habent, quod apparet in vocibus, *ænigma, copula, enecans, eneruatus, florianus, fient, ſphæra,*

& similibus, in quibus primam contra vel naturam vel morem antiquiorum corripiunt. Sicut ſecundam in *Abdera, Archimedes, eccleſia, eremus, Idume, imbecillus, lauacrum, romphæa, Seuerinus, valetudo, verecundia.* Simili modo tertiam contrahunt, in *æmulamentum, calceamentum, inchoamentum, inquietatus, paracletus, pollicebantur.* Poſteriorem quoque breuem faciunt, in *dæmon, diſpar, fames, proles, Vlyſſes, vulpes.* Contra producunt primam præter morem veterum non raro in voculis: *an, bis, didymus, meridies, Seleucia, ſinus pro littore, ſpado.* Item ſecundam extendunt, in *Conditio, redimitus, ſacrificium*: quemadmodum & in nonnullis aliis præter artis leges, aut antiquorũ vſum, quod imitandum eſſe abnuo. Quorum exempla videre volenti in peculiarem appendicem finito huic operi ſubnexum, ne quis fallatur, coniicienda potius putaui; quam quod in priori editione factum, eadem ſimul cum aliis, in contextu, tanquam imitatione digna, relinqui. Eſt iiſdem familiare vocales natura breues, in fine dictionis poſitas, ob conſonantes vel duas diſcretas, vel vnicam duplicem, qualis X, & Z, caput vocis ſequentis occupantes, iure quaſi poſitionis, producere, quanquam non abſque vetuſtiorum exemplo feciſſe id videantur.

Sic enim Iuuenalis.

Occulta ſpolia, & plures de pace triumphos.

Item Virgilius.

Drymóque, Xanthóque, Lygeáque, Cymodocéque.

Adde, quod iidem gerundia in Do, plerumque indifferenter vſurpent: licet neque iſtud exemplo veterum careat. Ita enim Tibullus.

Aufer

Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem.

Item Iuuenalis.

Plurimus hic æger moritur vigilando, ſed illum.

Quos & alij ſunt imitati:

Serenus quidem,

Sæpe ſibi noxæ nimium manando fuerunt.

Item & Auſonius,

—dum percontando moraris.

Verum quicquid hoc eſt: veterum veſtigiis inhærere conſultius omnino iudico.

Ex recentibus Mantuanum, in voce *Cicur*, Politianum, in *Matrima*, & *Patrimus*, eo quod alij deeſſent, ſemel allegaui, præter illos, quod ſciam neminem.

Ceterùm quandoquidem non omnes voces apud poëtas antiquos obuiæ ſunt: idcirco quædam (mihi ſaltem nuſquam lectæ) abſque adducto exemplo ſuperſunt, quales, *abauunculus*, *acetabulũ*, *Ammodytes*, *allegoria*, *Apamia*, *Archimedes*, *archipara*, *cicur*, *titio* pro *torre*, & ſimilia. Vt itaque de talium quantitate conſtare aliquid poſſet: quædam te ad ſimplicia remittent, vt *abauunculus*, ad dictiones *ab*, & *auunculus*. Sic *admolior*, ad ſimplex *molior*. Quædam econtrario ad compoſita, vt *cicur*, ad *Incicoris*. Nonnulla ad ſimilia, vt *titio* pro torre ad *Titus* & *Titius*, *Abluuium*, ad *diluuium*, *Ammodytes* ad *Troglodytes*, *Appendices*, ad *perpendiculum*, *Diluculum*, ad *Luculentus*, *Ariſtobulus*, ad *Ariſtophanes*, & *Cleobulus*, *Acetabulum*, ad *acetum*, & *venabulum*. Subinde quoque ad orthographiam reſpicere iuberis: vt *allegoria*, *Apamia*, *Archimedes* *archipirata*, quum Græcè ſcribantur. ἀλληγορία. ἀπάμεια, ἀρχιμήδης, ἀρχιπειρατής. vnde natiua quãtitas facile colligi poteſt: Apud Græcos enim

vocales η & ω, ſicut & diphthongi, tam impropriæ, quàm propriæ ſemper producuntur, vocales autem, ε & ο perpetuo breues. Verum α, ι, υ, communes habentur, quamuis non in omnibus. In quibuſdam enim productę, in quibuſdam contractæ obſeruantur. Tametſi veteres ipſos hac in parte aliquando peccaſſe obſeruarim; quod oſtẽdunt hæ voces: *ammon* ἄμμον, *butyrum* βούτυρον, *chalcedon* χαλκηδὼν, *chiron* χείρων, *crepida* κρηπὶς, *dæmon* δαίμων, *ego* ἐγὼ, *Hector* ἕκτωρ, *octo* ὀκτὼ, *rõphea* ῥομφαῖα, *ſcoria* σκωρία, *Toletum* Τώλητον. Ex his enim ſyllabas natura longas corripiunt. Contra in *Polypus* πολύπους, *Polydamas* πολυδάμας, *Theophila* θεοφιλῆ, *thematis* θέματος, quæ breues ſunt, producunt. In ſimilibus tamen quiſquis orthographiam, & originem obſeruabit, rationi magis conſentaneum faciet, & qui ſuum defendat factum, habebit.

Quod autem, ſtrenuiſſime Corenputi, hoc ſcriptionis genus tibi viro militari male fortaſſis conueniens inſcribendum putarim: ea eſt cauſſa, quod ſicut in humaniori literatura hiſtoriarumque lectione, ac mathematicis diſciplinis diligenter à prima adoleſcentia verſatus es: ita in Latini ſermonis puritate, adeo feliciter te exercuiſti, vt quamquàm inter arma pro Deo, & patria ſuſcepta (in quibus plurima, vel inuidia teſte, pręclara hiſtoriæque Belgicæ huius temporis haud ignota excellentis animi ſpecimina edidiſti) iam ſupra annos XXVII. occupatiſſimus, in obliuionẽ eius, per diſſuetudinem tam diuturnam, veniſſe exiſtimari poſſes: illius tamen promptitudinem viuaciſſimam, oratione non tantùm ſoluta, verùm etiam ligata, quandocũque libet, declarare

queas,

queas,quod non modo epiſtolæ aliquot familiares ad me tuæ, ſed vel vnicum illud epigramma decaſtichon (quo ante annos quatuor poëmatio tibi inſcripto *redoſtiebas*)teſtatur.In quibus verſibus(qui,vti ſcribebas, primo poëmatum noſtrorum aſpectu tibi iam tum ætatem quinquagenaria maiorem agenti,

Belli interſtrepitus, flammiſque tonantia tela, in mentem veniebāt)nihil tamen triuiale,nihil durum,coactumve,nihil contra artis leges occurrit: ſed Latinæ dictionis facultas, ſed venæ natiuus fluor, vnà cum nitore eleganti coniunctus, eluceſcit.Ex quibus, quid in flore iuuenili(cuius fructum poſteritati inuidiſſe videris) præſtiteris, porróque præſtare potuiſſes, quilibet per ſe coniecturam facere poſſit. Cæterum Deum Optim. Max. omnis boni datorem ex animo precor, vt te incolumem & vegetum Reipublicæ bono quàm diutiſſimè conſeruare dignetur.Ex Muſæo noſtro x. Martij, 1599.



PAVLI MELISSI FRANCI,
COMITIS PALATINI,
EQVITIS, CI-
uis Romani,

ODE

AD HENRICVM SMETIVM,

V. NOBIL. ET MED.

VIVACE postquam carminis alite
Dixisse Reges Iudaicos iuuat,
Moresque Susannæ pudicos
Melchiados, medicaque vires
Et pondus artis non sine Batrachum
Pugnis Homeri: quid modulaberis
Posthac Camœnarum ore dignum,
Canitie ô venerande SMETI!
Non segnè quondam natus in otium,
Neque in soporem, queis sineres graui
Torpescere ætatem senilem,
Desidiæ fugiens veterno?
Fraudamur, an te magnum auspice
Beat Poëtas, quique adeo inclytos
Amant poëtarum maniplos,
Grande decus meritura in annos
Sequentis æui? Te duce totius
Linguæ Latinæ congeries sibi
Sortitur aptas æqua classes,
Proque pedum numero modóque,
Per dictionum multiplicem ordinem.
Antiqua vatum gaudet apiscier
Exempla: queis tyro institutus
Instruit hinc aciem, potitus
Patente campo, ceu veterana vis
Peritiorum, cernere fortior
Armis Gradiui, bellicasque
Res gerere arte peculiari,
Ad vmbilicos gestis ducier
Desiderata millia copiæ.
Contra, quid ipsum me fatiget
Detineatque rogasne SMETI?
Implere Acanthis (adspice) bis decem

Desudo

Desudo siluas, iamque adeo, super
Fecundus exit fundus: atque
Se numero fruticante vincit.
Has ecce totas excutias vigil,
Nil hercle quærendo inuenies, nisi
Per mille tercentena nobis
Vota petitum oculum Rhodanthes.

IANI GRVTERI
I. C. HISTORICI
Electoralis,
AD HENR. SMETIVM V. NOBIL. ET MED. ELEGIA.

SIC *Helice medio dubios regit æquore nautas,*
Sustinet errantes sic Cynosura rates.
Haud melius sane Tegæi dextra vialis,
Multifido sectum tramite signat iter.
Optatóque loco statuit, quos anxius error
Passus erat patulum non superare nemus.
Quam, Smeti, tuus hic index incenditur hortis
Castaliis, Pindi prodit & omne latus.
Nempe prius circa lepidis loca culta Camœnis,
Nil nisi caligo, mutus & horror erat.
Nunc sed enim quæuis spirant geniale, quid antra,
Doctaque de variis sibilat aura iugis.
Nunc sed enim fontes passim siluæque loquuntur,
Speluncaque Echus qualibet ora vigent.
Haud aliter veteri detracta pelle, bilinguis
Anguis ouat, veris viuidiore bono.
Dic tamen, ô Smeti quænam tibi Agonia, quænam
Hic Stimula attulerit, Persicáque auxilium?
Tam vastum nec enim raro sine numine Diuum
A capite ad calcem conficiatur opus.
Ergo trias fuit ista tibi comes vsque labores
Vsque tuos plausu iuuit, & vsque sono.
Nec secus ac mellis formatrix Dædala mane
Choridos vt varios lustrat hianter opes:
Nunc clepit hic Rorem maris, illic suaue Apiastrum
Atterit & Tymbra crura Thymóque grauat:
Vixq; domum sero repetit, largóque vacantes

Cella

Cellarum stipat nectaris imbre sinus:
Sic quoque thesauros omnes monumentáque vatum,
Æternum Genius queis dedit esse decus,
Iudicij docto vngue legis scitoque sequestras
Ordine,cunctorumque vsibus apta facis.
Immodicus certè labor,& non debitus vni,
Horarum rapuit millia multa tibi.
Millia multa, aliis longe quæ dedere curis
Ingenio fuerat res mage digna tuo.
Ingenio multum quo dia superbit Athena,
Quo Medicina albis sacra triumphat equis.
Iure sed vtilitas vicit communis,& in re
Non puduit tenui continuare moras:
Si res illa tamen tenuis,quam nemo priori
Tentare ausus & hoc tempore nemo fuit.
Si res illa tamen tenuis, iuuenilior ætas
Qua sine vincta pedes hæreat,atque manus.
Aut inter vepres præruptáque saxa senescat,
Ad melicas nunquam gnara venire Deas.
Gnosia sic Theseus Ariadna stamina temnat,
Si Labyrinthea nolit abire domo.
Nauita sic spernat magnetis futile punctum,
Si rapidis debet ludibria vlla Notis.
Verum vt sunt istis, Smeti,tua nomina donis,
Semper erunt cœlo,semper honora solo.
Tale pater meritum non volet Apollo latere,
Letheove sinet Musa perire lacu.
Illudat inter Cælituum Conuiuia festa,
Sæpe oris referent murmure,sæpe lyra.
Palladiiq; volent texatur in æquore pepli,
Credidit Heroum cui benefacta Dea.
At iuuenum illa manus,Parnassi Musica Tempe,
Cui licet auspiciis iam penetrare tuis:
Quæ non ingenij,quæ non molimina vocis
Exseret, ingratam ne sit habere notam?
Seu Cyrrea cita viridaria calce teruntur,
Seu bibitur claris Pegasis vnda labris:
Multa incisa tuo surget sub nomine Laurus,
Nomine multa tuo vena tumebit aqua.
Siluáque ramorum Zephyris agitata secundis,
Smetium Olympiaci voluet ad alta poli.
Defluuiumque Hippocrenes vigilasse susurro,
Smetium Atlantiaci voluet ad alta sali.
Vt quæcunque dies illustrior exit,& intrat,

Semper ibi fama munere clarus agas.
Qualiter in regum thalamis carbunculus ardens,
Siue Adamas montis, vnio siue maris.
Secláque contigeris duplicata vbi Nestoris, vmbras
Elisij nemoris non tamen vmbra petes.
Sidereos totus sed demigrabis ad ignes,
Erigones vbi lanx, vrnaque & vna nitet.
Quippe tibi duplex dederit cùm munus Apollo,
Quóque cluis medicus, quóque poëta cluis:
Tunc quoque, tunc etiam sua cuncta insignia tradet,
Quóque cluit medicus, quóque poëta cluit.
Quare de pharetra viduata fornice, fiet
Siue sedile tuum, siue cubile tuum.
Culcitra ne desit: se deplumare sagitta
Quaque volet, molles exhibitura toros.
Mox eadem illa decussatim, transuersa, rotarum
Quatuor in speciem se patietur agi.
Accedet Taurus fluido curuamine præsens,
Tam prohibere æstus, quàm prohibere Notos.
Arcus at ille Dei longus, temonis in vsum
Ibit, vtrinque frequens cui latus obdet olor.
Hic simulac rostro chordas dissoluerit arcus,
Hisq; capistrarit colla canora sibi:
Imperio nutante tuo, per inania Mundi
Omnia quo tulerit cunque libido, ruet.
Nunc matutino iucunde afflaberis Euro,
Nunc propius Boreæ fas erit ire domum.
Et modo ad occidui sistere cubilia Solis,
Et modo ad Æthiopum feruida regna plagæ.
Sin libet oppositos pedibus quoque cernere nostris
Antipodas, ipsis ilicet hospes eris.
Interea multus cantabit ab arbore Gallus
Baccifera, Arguti qui regat oris aues.
Nam tibi plumigeris cincto latus omne theatris,
Alaque pennipotens plaudet ouante sono.
Multaque Dauliadum vox æmula vocibus, alto
Murmure non simplex præcipitabit epos.
Accinet hinc lingua soboles atque aëris Echo
Gestiet & totos posse referre modos.
Inde vacillanti nutabunt vertice montes,
Assurgent trepidis & nemora alta comis.
Parte alia valles simul attollentur & antra,
Stabit & immoto fluminis vnda pede.
Suggeret haud visos vnquam Natura colores,

Costá

Coctáque sudabit Balsama rupis apex.
Omnia gaudebunt:aliisque silentibus auris
Imperium Zephyrus solus habebit agri.
More satellitij comitabitur alma Iuuentus,
Gloriáque,& nullo tegmine Fama grauis.
Hæc clangore tubæ gentes populósque mouebit,
Vocis vt harmonicis excipiare sonis.
Illa animos in te vertant,dabit,ac tibi iam nunc
Templorum incipiant ædificare tholos.
Tertia perfundet vino medicamine membra,
Torpentis senij ne premat illa gelu.
Sed velut ille ales,sibi qui sobolesque paterque est,
Flore Iuuentutis mox redeuntis oues.
At quum iam propior.Smeti,radiantibus astris
Succedes,Phœbi tunc,age , sume chelyn.
Sume chelyn,chordásque manu percurre volucri,
Chordarúmque iuuent verba diserta melos.
Fallor?an haud citius primo tentaueris ictu,
Cognita Latoo fila & amata Deo;
Quin tibi cœlorum concorde melismate contra
Responsent orbes perpetis harmoniæ.
Sic sane:Autumnique foris laxabitur vltro,
Virginis Erigones vt capiare sinu.
Astrúmque inuideat tacite vicinius omne,
Optet & istud ei præripuisse decus.
Sustentare sua tibi mallet vtrumque bilance
Libra pedem,ipsa tuis stare Corona comis.
Scorpius exsultat,caudaq; minacis acumen
Odit in amplexus pronior ire tuos.
Hinc motu caudæ gannitu hinc vocis adulat,
Arcturique manu par sitit ire Canum.
Aspicit ipse Leo positóque horrore iubarum,
Tergore tale velit pondus habere suo.
Vrsa pedes erecta duos tibi saltat:& Anguis
Bis ter amet collo stare monile tuo.
Se Crater vix sede tenet,cuperétque capaci
Ventre fouere tua pharmaca mixta manu.
Nec prorsum illepide,nam quamuis nostra venena,
Haud habeant illis se penetrare locis:
Te tamen humani generis quoque pristinus illic
Legitimo Smeti,iure sequetur amor.
Quoque mage ex facili concessum erit inde iuuare,
Hoc homines cupies nempe iuuare magis.
Quando igitur sidus stat Olympo rarius,orbi

Quod

Quod noceat nunquam porro sed vsque iuuet.
Tu contra nullo radiati tempore vultus
Luminibus terra tantula damna feres.
Sed noua sufficies potius mortalibus agris
Gaudia, Pandora qua periere dolo:
Mutabisq; adeo in melius passim ætheris astra,
Stelligero quotquot vertice torquet Atlas.
Non vento Arcturus, non imbre minabitur Hœdus,
Frigore non vret Capra, nec igne Canis.
Abijciet clauam gladiúmque comesus Orion,
Contrahet & cauda virus anile Nepa.
Vernáque temperies toto dominabitur anno,
Reddet & augusto fœnore semen ager.
Vnda feret pisces, volucres dabit aura salubres,
Nec furet Oceani, nec furet ira Iouis.
Tantáque compositis surget Pax rebus, & arma
Sic Ianus claudet cruda tenace sera:
Vna sit vt cunctis concordia partibus orbis:
Vna sit vt Pietas protinus, vna Fides.
Tabida sed Tussis contra, sed obunca Podagra,
Sed capitis grauior, sed stomachi ille dolor.
Morsq; rapax, Mortisq; soror primaria Pestis,
Febris, & atratum signifer Eumenidum.
Aut pauida mœsta antra petent Acherontis, auitus
Hic vbi Enyo ædes, hic vbi seruat Eris.
Aut sua membra Promethæis stricta vndique vinclis
Caucasea pascent viscere rupis aues.
Plaudite io populi, quotquot lux annua ab Indis
Lustrat ad Hesperij cæca fluenta maris.
Vera loquor, ventura loquor quæque Atropos olim
De puero ad cunas vaticinata Dea est.
Vaticinata Dea est, clarum ergo plaudite, namque
Diua nequit falli, fallere Diua nequit.

CATALO

CATALOGVS

Veterum Poëtarum,& Auctorum, quorum versus hoc libro producuntur , & quo plerique tempore vixerint.

***

Accius }
Æmilius Macer } ante Christum
Afranius }
Albinus }
Alcimus Auitus An.Domini 490
Alphius Auitus An. 440
Ambrosius An. 339
Amœnus
Andromachus sub Nerone
Anthologiæ Græcæ
Angelus Politianus vixit An. 1481
Apuleius An. 380
Arator An. 560
Architrenius seu Ioannes Sarisberiensis vixit An. 1182
Aristophanes ante Christum
Arbonius An. 300
Athenæus sub Antonino
Augustus Cæsar ante Christum.
Auienus sub Theod,seniore
Auitus Alcimus Ann. 490
Aulus Serenus ante Christ.
Aur.Olymp. Nemesianus sub Caro.
Ausonius An. 400
Baptista Mantuanus An. 1490
Cæcilius ante Christ.
Calphurnius cum Nemesiano sub Caro An. 288

Capella Martianus
Catullus }
Cicero } ant.
C. Cilni* Mæcenas } Chr.
Cinna Heluius }
Claudianus an. 400
Cneus Mattius ante Christũ
Columbanus an. 580
Columella sub Claudio
Cor.Gallus }
Cor.Nepos } ante Christ.
Cor.Seuerus }
Cratinus ante Christ.
Conradus Celtes vixit an. 1470
Cyprianus an. 156
Damasus an. 586
Domitius Marsus ante Chr.
Dracontius
Drepanius an. 380
Ennius ante Christ.
Eucheria poëtria.
Fannius Palæmon sub Claudio.
Fortunatus an. 570
Fulgentius an. 497
Furius Bibaculus ante Chri.
Gallus Corn.ante Christ.
Gerbertus 985
Germanicus Cæsar ante Ch.
Gratius Ouidij coætaneus
Gregorius Magnus an. 596
Hadrianus Cæsar an. 130
Helpidius Rusticus an. 500.

Heluius

Heluius Cinna ante Christ.
Hesiodus } 360
Hilarius an. } ante Christ.
Homerus }
Horatius. } ante Christ.
Iulius Lacer
Iuuenalis sub Domitiano
Iuuencus an. 332
Laberius, ante Christ.
Lactantius an. 332
Laurea Tullius ante Christ.
Laur. Lippius an. 1482
Licentius cum Augustino
Licinius Caluus } ante
Liuius Andronic. } Christ.
Lucanus sub Nerone
Lucilius
Lucretius } ante Christ.
Macer Æmilius cum Ouidio, sed qui exstat de herbis, non est ille.
Mamercus an. 480
Manilius ante Christ.
Marcellus sub Theodo. seniore
Marcus Varro ante Christ.
Martialis sub Domitiano.
Martianus Capell. an. 470
Marullus sub Antonino
Maximianus sub Galli nomine
Merobaudus Episc. 1050
Merobodeus
Nænius ante Christ.
Nemesianus cum Calphurnio.
Oppianus sub Bassiano Caracalla
Ouidius Naso ante Christ.
Pacuuius ante Christum
Palæmon Fannius sub Claudio
Palladius
Pamphilus
Papinius Statius sub Domitiano
Paulinus consul an. 372
Paulinus Episcopus an. 460
Pedo Albinouanus ante Christ.
Pentadius.
Persius Flaccus sub Nerone
Petronius Arbiter ante Christ.
Plautus }
Pomponius } ante Christ.
Portius Licin. }
Porphyrius sub Cōstantino
Priscianus sub Iustiniano
Propertius ante Christum
Prosper an. 475
Prudentius an. 400
Publ. Mimus ante Christ.
Quinctus Catulus ante Christ.
Q. Serenus Samonicus anno 240
Quintus Rhem. Fannius Palæmon sub Claudio
Rufinus Floridus an. 414
Rufus Festus Auienus sub Theodos. seniore
Rusticus Helpid. an. 500
Rutilus Cl. Numatianus sub Honorio an. 400
Sedulius an. 430
Seneca Tragœdus ante Martialem
Septimius Serenus ante Christ.
Serenus Samonicus an. 240
Seuerus Sanctus
Sidon Apollinaris sub Leone an. 460
Silius Italicus sub Domitiano
Solinus Polyhistor sub Vespasiano.

¶ ¶

Statius ſub Domitiano
Sulpitia poëtria ſub Domitiano
Sulpitius Lupercus Seruatus
Symmachus Auſonij coætaneus
Symphoſius Cœlius
Terentius ante Chriſt.
Terentius an. 440
Tertullianus an. 210
Theocritus
Tibullus ante Chriſt.
Titinnius ante Chriſt.

Titus Valgius ante Chriſt
Turpilius ante Chriſt.
Valerius Cato } ante Chriſt.
Valerius Æditiuus } ante Chriſt.
Valerius Flaccus an. 80
Varius Valgus } ante Chriſt.
Varro Atacinus } ante Chriſt.
Victor Maſſilienſis an. 460
Victorinus Afer an. 250
Victorinus Pictauienſis ante Conſtantinum.
Virgilius Maro ante Chriſtum.
Vlpius Egnatius.

METHO



METHODVS COGNOSCENDARVM SYLLABARVM EX GEORG. FABRICII Chemn. de re poëtica lib. I. aliquot locis à nobis castigata.

IN syllabarum dignotione, obseruanda est collocatio & quantitas. Collocatio quidem, qua primæ, mediæ, aut vltimæ exsistunt. Quantitas, qua longæ, breues, aut ambiguæ dicuntur. Collocatio cuiuis aperta est. Verum in quantitate, ea est differentia: quod syllabæ vel in genere, vel in specie cognoscuntur.

In genere cognitio fit, positione & diphthongo, quę omnibus accidunt syllabis, easque longas faciunt. Item regula & exemplo, quibus aut productę, aut correptæ esse possunt. Præterea in genere etiam cognoscũtur vocali ante vocalem, & deriuatione.

In specie cognoscuntur, secundùm positum syllabarum. In primis syllabis, præpositione, compositione & resolutione. In mediis, accentu & diminutione. In vltimis, terminatione vocalium, aut consonantium.

DE OMNIBVS SYLLABIS IN GENERE.

De Positione.

Positio fit, aut vsitatè, aut minus vsitatè.

Vsitatè quidem: iuxta vulgarem consuetudinem, idque, vel reuera, sequentibus vocalem duabus, pluribusve consonantibus: aut litera geminata, idque, aut in vna, eademque dictione: vt *amnis*, *ferrum*, aut in dictionibus diuersis, vt, *in rebus secundis viue beatus.*

Vel facultate: cum è duplicibus aliqua, qualis X & Z vocalem sequitur, vt *pix*, *felix*, *gaza*, *maza*, vt

Felix & ponere vites. Item.

& Troia gaza per vndas.

Vel littera, inter duas vocales posita: vt, *Aiax.*

Dominus scuti septemplicis Aiax.

Item hæ voces: *Traiectus*, *Lynceius*, *Harpyiis*, vt

Pectora traiectus Lynceio Castor ab ense.

Vellem ait Harpyiis gula digna rapacibus esset.

Minus vero vsitate, sed (vt veteres vocant) modo quodam, vel

Cum dictio, quæ vocali terminatur, ab altera dictione, à duabus aut tribus consonantibus incipiente, excipitur, solito Græcorum more, vt Ouid.

Officij caussa pluribus esse dati. Item.

Nihil opus est morte, pro me sed amore, fideque.

Hoc ne quis cæsuræ attribuat: sunt & alia exempla.

Catull. *Nulla fuga ratio nulla spes: omnia muta.* Item.

Tibull. *Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.*

Vel cum particula enclitica, quæ in fine producitur. Ouid.

Fluminaque montesque, & in altas proflua syluas.

Obseruatio.

Si post mutam liquida sequitur, triplex obseruatio studiose annotanda est.

1. Syllabæ positione longæ, breues fiunt, vt *Atlas*, *Progne*. Ouid.

Hercule supposito sidera fulcit Atlas. Item.

Ad mandata Prognes, & agit sua vota sub illis.

2. Contra, breues syllabæ, propter eandem positionem fiunt longæ, vt volucris. Ouid.

Et primo similis volucri, mox vera volucris. Eodem pertinent,

Cedrus	*Lugubris*	*Hetruscus*	*Patroclus*
Cyclops	*Ludicrus*	*Hadria*	*Supremus*
Cupressus	*Latronis*	*Patris*	*Tenebra*
Atrides	*Meretrix*	*Quadrupes*	*Trinacria*

3. Syllabæ vero natura longæ, propter mutam & liquidam, breuiari nunquam possunt, vt *matris* à *mater*, *atri* ab *ater*, *acris ab acer*, *latro* verbum. Item *ebrius*, *salubris*, *lauacrum*, *compotrix*.

DE DIPHTHONGO.

Diphthongus est duarum vocalium connexio, quæ syllabam natura longam facit, vt *Aurum*, *Eunuchus*, *Ætas*, *Oestrum*, *Thaleia*.

Diphthongus interdum corripitur, idque fit

1. Vel in compositione, vt *praire*, *præsse*, *prahendo*. vt Ouid. 7. Metam.

Quas vbi viderunt praeacuta cuspidis hastas.

Hoc tamen non est perpetuum, vt Æ æx. Vir.

Inferniique lacus Ææque insula Circes.

2. Vel extra compositionem, Græcorum more, quod tamen

men apud Latinos est rarius. Virg.

Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno,
Harpyiæque colunt aliæ.

DE REGVLA.

Regula est obseruatio, vsu & consuetudine comprobata, raro aut nunquam absque exceptione.

Regulas autem annotabimus sedecim.

1. Contractio longam semper facit syllabam, fitque 1. aspiratione adempta, vt *Nil* pro *nihil*, *Mi* pro *mihi*.

2. Consonantibus obliteratis, vt *Ni*, pro *nisi*, in quo sibilus obliteratur. *Quis* pro *quibus*, sicut & in heic & isteic, atque ita libros veteres habere, nisi sit quis ex quiis. Vnde nonnulli scribunt, cum circumflexo *Quîs*: in marmoribus antiquis, cum I longa duplicata *Quiis*: alij censent cum diphthongo scribendum, *Queis*.

3. Vocalibus coalescentibus, vt *Di* pro *Dij*. *Cui* pro *Cuij*. Huius generis sunt illa de Græcis. Virg.

Ilionei monitis multum & lacrymantis Iuli.

Item Dido. Ouid.

Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquis.

II. Apostrophus syllabam reddit, vel in aliquibus breuem.

Vt Virg 6. Æneid.

Viden' vt geminæ stent vertice cristæ.

Ouid. in Heroid.

Nostin' an acciderint mecum loca.

Vel in nonnullis longam. Horat. in Serm.

Illuc vnde abij redeo, nemon' vt auarus.

Virg. 1. Æneid.

Tun' ille Æneas quem Dardanio Anchisæ.

III. Monosyllaba fere producuntur in nominibus, in pronominibus, in verbis, in aduerbiis, in coniunctionibus.

Excipiuntur *Mel, fel*: Item verba *stat, fit*, vt

Verg. ——— *positis stat in agmine castris.* Item.
Mart. ——— *aliter non fit Auite liber.*

Item aduerbia, *An, bis, ter, vt*, præpositiones, *In, sub*, de quibus mox plura.

IV. Præterita duarum syllabarum priorem producunt, omnia, exceptis sex: *Bibi, dedi, fidi, scidi, steti, tuli*, quod apparet ex compositis, *ebibi, addidi, diffidi, conscidi, adstiti, abstuli*. Horat.

Diffidit vrbium
Portus vir Macedo.

V. Præterita, quæ Græcorum modo, augmentum in initio habent, primam corripiunt: & nisi obstet positio, non

minus & mediam, vt *Cecidi à cado, fefelli à fallo, pepuli, à pello, tetigi à tango*, & antiquum retuli, vt *Didici à disco, momordi à mordeo, spopondi, totondi, cucurri, pupugi, tutudi à tundo.*

Excipiuntur duo: *Pepedi à Pedo, Cecidi à cado*, quorum media longa tantum est.

VI. Præterita in *vi* vnam syllabam desinentia, mediam producunt, vt *Spectaui, Deleui, Agnoui, Ambiui.*

VII. Supina duarum syllabarum producuntur.

Excipiuntur nouem, *Daatum, Ratum, Satum, Citum, Itum, Litum, Quitum, Situm, Rutum.*

Statum anceps fuit apud veteres.

VIII. Tempora verborum, quæ à præsenti veniunt, eius quantitatem in modis omnibus seruant, vt *Lego, Legebam, Legam, Lege, Legito, Legerem, Legere*, puta omnia prima breui. Similiter quæ à præterito, vt à *Legi, Legeram, Legissem, Legerim, Legero, Legisse*, omnia prima longa.

IX. Voces quædam separatim longæ in compositione contrahuntur, vt *Diu*, in diuturnus, *Quando*, in quandoquidem. Huc pertinent, *siquidem*, in prima syllaba. *Totidem*, in media: *Quomodo* in vltima. Item. *Dicier, Dominarier*, quæ fiunt accessione figurata. Excipiuntur *Quandocunque, vbique, quandoque* quæ in cōpositione quantitatem non mutant.

Tantidem dubium est. Sicut & *liquefacio*. Ouid.

Thura liquefaciunt, vbi poëta vsitatè eam, quæ antepenultimam antecedit, produxit: nam simplex, secundæ est coniugationis. Eam contrario modo corripuit idem auctor.

Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis.

Quam etiam semper corripit Virg. vt 4. Georg.

Frigore mella.

Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.

Hoc præceptum modo obseruauit Catullus in Hymen.

Alta tepefaciet permista flumina cade.

Modo neglexit, vt ad Mallium.

Frigida deserto tepefecit membra cubili.

Quem in postremo secuti iidem Virg. & Ouid.

X. Nomina propria eandem perpetuo quantitatem non retinent, vt *Sichæus* apud Virgilium. *Pelion, Pyrene* pro monte. *Fidena, Curetes, Orion*, apud alios poëtas interdum primam producunt, interdum corripiunt.

Sicanus & *Italus* apud Virgilium, *Arabs* apud Propertium primam natura possident breuem: Sed in deriuatis, *Sicania, Italia, Arabia*, decedentes de iure suo, eandem producunt, alioquin in carmen non venirent. Cybele communem habet penultimam: *Oenotria, Apulia, Sidonius, Ionius*, antepe

antepenultimam. Huc pertinet nominum propriorum genitiui, vt *Orion Orionis, & Orionis*, *Syphax Syphacis & Syphacis*. In his non omnium auctoritas est sequenda, sed probatissimorum præcipue.

XI. Particulæ illiteratæ nominũ numeralium in compositis sunt breues, vt *Bi & Tri*. Horat.

Bimarisve Corinthi Mœnia.

Virg. *& forma tricorporis vmbra.*

Excipe Biduum & Triduum.

Item, *Tre*, vt in nominibus, *Tredecim, trecenti.*

Virg. *Expertos belli iuuenes, ast Ilua trecentos.*

Item Du, vt duplex, duplus.

XII. Variatio significationis variat interdum numerum, vt *Tribula, & Tribulus*. Virgil.

Tribulaque traheaque, pro instrumento rustico. Idem,

Lappaque tribulaque absint pro herba & spinæ genere, quæ variato genere etiam spectatur.

XIII. Diminutiua nomina ab origine primitiuorum plerumque discedunt, vt *Mamilla à mamma, quasillus à qualo, tigillum à tigno, ofella ab offa*, quæ prima leguntur breui, *A pugno pugillus, à flabro flabellum*, quæ prima sunt ancipite.

XIV. Patronymica mediam habent dubiam, discretionis gratia, vt in *Pelides & Belides*. Ouid.

Surge age Belide, de tot modo fratribus vnus.

Vbi loquitur de nepote Beli. Item idem alibi.

Quasque gerunt humeris per tutas Belides vndas.

Vbi sermo est de eiusdem neptibus. In primo est *Belides Belida* in masculino: in altero *Belis Belidos* in fœminino.

XV. In verbis desideratiuis, antepenultima in quibusdam corripitur, *vt Esurio, Parturio*. Horat.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

In quibusdam producitur, vt *scaturio, ligurio*. Idem.

Semesos pisces, tepidumque ligurierit ius.

XVI. Verbis aliquibus vtraque quantitate poëtæ vtuntur, vt *rudere*, quod ferarum est. Persius,

Findor, vt Arcadia pecuaria rudere credas. At

Virg. *Sera sub nocte rudentum.*

Vibro & flagro priorem fere habent productam, sed illud Catullus in epigrammate, hoc Virg. in Georg. corripit.

His adde *Migro & Fragro.*

DE EXEMPLO.

Exemplum, nihil aliud est, quam laudata bene scribentium auctoritas.

Ad exempla comparanda, lectione & exercitatione opus

est, imprimis autem probanda sunt Virgilij, Horatij, Tibulli, Ouidij Propertij: & qui his simillimi sunt. Apud alios autem multa reperiuntur, quæ interdum obseruatione, quam imitatione sunt digniora, de quibus ad finem admonebimus.

DE PRIMA AC MEDIA SYLLABA IN GENERE.

Syllaba prima ac media proprias rationes habent, præter eas, quæ dictæ sunt, quibus dignoscantur.

DE VOCALI ANTE VOCALEM.

Si vocalis vocalem antecedit, syllaba vsitatè corripitur, sed id mutatur tribus modis.

I. Imitatione Græcorum, idque vel præter vocales longas, vt in *Aer, Chaon, Briseis, Ixion, Aones*, *Herois*, vel propter diphthongos, vt *Ægeon, Medea, Laodamia, Orion, Oreades*. Huc pertinent accusatiui illi Ionici, apud Virg.

Ilionea petit dextra. Idem.

Idomenea ducem regnis cessisse paternis.

II. Consuetudine Latinorum, vt *Diei, Speciei*, & apud Lucretium in omnibus genitiuis & datiuis quintæ, quod etiam imitatur poëta Christianus Paulinus, vt

Nuda fides armata Deo est, virtute fidei
Fortior Ezechias.

Item in genitiuis pronominum. *Nullius, illius, vnius, vtrius*: qui sunt natura breues, sed dubij auctoritate. *Alius*, & *solius*, nunquam breues sunt. *Alterius* verò nūquam est longum, nisi apud Ennium teste Prisciano. Idē in verbo, fio, quando littera R vocalem non sequitur, vt *fio, fiam, fiebam*. Nam *fierem* & *fieri* excipiuntur, quam distinctionem ostendit Ouidius.

Omnia iam fient, fieri qua posse negabant.

Idem fit in interiectionibus, vt *Ohe, Eheu*.

III. Vsu poëtarum, vt apud antiquos in resolutione diphthongi. Ennius apud Persium.

Lunai pretium est opera cognoscere ciues. Item Virg.
Exercet Diana choros. Item.
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Sed vtrumque est figuratū, vt & illa sunt, *Rhea*, pro sacerdote, *Malea*, pro promontorio. Simpliciter enim solent corripi: interpositione verò vocalis produci.

DE DERIVATIONE.

Deriuata sequuntur quantitatem primitiuorum suorum, vt *Curare* verbum, primā habet lōgā à nomine cura, teste Ouid.

Cura quid expediat prior est, quàm quid sit honestum.

Pecunia primā corripit, venit enim à pecu vel pecore. Horat.

Et

Et genus & formam regina pecunia donat.

Hæc tamen regula variat rationibus contrariis. Interdum enim

I. A breuib. dictionibus fiunt deriuationes longæ, vt à *penu, penuria,* à *ferus, feralis,* à *macer, maceror,* à *fruendo, fruges,* à *cado, casus,* à *moueo, mobilis,* à *bacillo, imbecillus,* à *lino, litera,* à *sedeo, sedes,* à *nare, natare,* à *statum, staturas,* ab *hemo, humanus,* à *quater, quatuor,* à *nouem, nouus,* à *secus, secius,* à *Cerere, ceritius,* à *Chio* insula, *Chius* Adiectiuum.

Horat. *Roma laudatur Samos & Chios & Rhodos absens.*

Item Tibul. *Veteres proferte falernos*

Consulis, & Chio soluite vincla cado.

Sed fieri id minus mirum in verborum præteritis, vt à *gigno, genus,* à *possum, potui,* & similibus.

II. A longis dictionibus, exsistunt deriuationes breues, vt à *sopio, sopor,* à *dicere, dicax.* Item *maledicus, fatidicus,* & similia, ab *ire, iturus,* à *vitare, vitium,* ab *odisse, odium,* à *stare, statio, & stabilis,* à *pene, penitus,* à *mole, molestus,* à *dissero, disertus,* à *fidere, fides,* à *fari, fatuus & affatim,* à *sagio, sagax,* à *luceo, lucerna,* à *nuba, pronubus,* à *strideo, striges.*

Huc pertinent diminutiua quædam, de quibus supra.

III. A breuibus atque longis inueniuntur deriuationes multiplices, vt *quotidie,* à *quoto die,* primam apud Catullum producit, apud Martialem verò corripitur. Alteram syllabam producit apud Terentium, corripit autem apud Catullum. *Victum,* à *Vieui,* regulariter penultimam producit, vt apud Lucretium: contra eandem corripit, vt apud Comicos & Horatium. *A stare, status* priore breui apud Horatium, eadem longa apud Terentium. A *temetum abstemius,* antepenultima longa. Ouid.

Vina fugit, gaudetque meris abstemius vndis.

Ab eodem *temulentus,* vtraque breui in initio. Terentius. *Perij, tumulenta es, vtinam sic sint, qui mi malè volunt.*

Quando, in *quandoque,* longa est, at in *quandoquidem,* breuis. *A nubo connubium,* antepenultimam longam habet origine, breuem auctoritate. Plura si volunt colligent studiosi, hæc admonendi studio apposuimus.

IV. A diuersis dictionibus, sed inter se similibus sunt deriuationes indifferentes, vt *liquidus* à deponente verbo *liquor,* primam producit: sed à neutro *liqueo,* eandem corripit, manifesto Lucretij testimonio, lib. 4.

Crassaque conueniant liquidis, & liquida crassis.

V. Huc referri potest, quod de personis pluralibus modi coniunctiui dicitur, temporum præteriti, & futuri. Nam

discriminis gratia produci futurum volunt. Catull.

Dein cum millia multa fecerimus. Ouid.

Et maris Ionij transieritis aquas.

Eadem syllaba in præteritis corripitur. Ouid.

Hæc vbi dixeritis, seruet sua dona, rogate.

DE SYLLABARVM QVANTITATE IN SPECIE.

De prima Syllaba.

Prima syllaba cognitionem singularem triplicem habet.

De præpositione.

Præpositionum aliæ in compositione sunt

Breues, vt, Ab, Ad, In, Ob, Per, Sub, & inseparabilis Re, quæ longa fit, vel differentiæ caussa, vt *Refert*, pro vtile est, vel figuratè, vt *Recido.* Ouid. *In quem recidimus, quicquid mortale creamur.*

Item reduco. Horat.

Dij tibi dent capta classem reducere Troia.

Aliæ sunt longæ, vt A, E, De, O, Pro, & inseparabile, Di, Co, Se, Tra. Hæ vero mutantur dupliciter:

1. Vocali ante vocalem, vt *Deamo, Dehisco.*

Item *Coactus, Seorsum.*

2. Vsu auctorum, vt *omitto* prima breui. Horat.

Pleraque differat & præsens in tempus omittat.

Di corripitur in verbo *Dirimo*, & in nomine *Disertus.*
Pro in multis est anceps: vt in *Procuro, Profundo, Propello*, Lucret.

Paruula caussa

Est satis, à tergo qua prouehat, atque propellat.

Corripitur in certis nominibus, vt *Procella, Profastus, Profugus, Profundus, Pronepos, Proteruus, Propago*, pro genere, *Propola*, pro mercatore.

Item in verbis, vt *Proficiscor, Profiteor, Profano, Propino.*

Item in aduerbiis, vt *Proinde, Profecto.*

DE COMPOSITIONE.

Compositio est cùm orationis pars simplex cum alia coniungitur, & ex compositi accentu, quantitas iudicatur, vt *Decus, dedecus, Ego, egomet, Fero perfero, quidem, siquidem*, correpta penultima. Rursus *clarus, præclarus, duro obduro, quando, quandoque, mirum, permirum*, penultima producta.

DE

DE RESOLVTIONE.

Resolutio est compositioni contraria, cùm vox aliqua reducitur ad simplices, & ex littera finali apparet quantitas: vt *Vtinam*, & *Quoties*: primas habent breues, *quia*, *vt* & *quot* corripiunt. *Sicubi* & *Quinetiam* primas producunt, quia *Sic* & *Quin* longa exsistunt. Quædam excipiuntur, vt *Diu*, & *Diuturnus*, de quibus supra in regulis.

DE MEDIA SYLLABA.

Media syllaba speciatim, non satis facilem & explicatam cognitionem obtinet. Cognoscitur modis duobus, accentu & diminutione, quibus vtrisque syllaba anceps & incerta est.

DE ACCENTV.

Accentus est depressio aut eleuatio syllabæ.

Adhibetur accentus in nulla alia syllaba, quam in penultima, quæ vel deprimendo corripitur, vel eleuando producitur, vt *Facilis*, *Prodigus*, *Discere*, *Docere*. In cognoscenda penultima nequis similitudine fallatur, consideranda in vocalibus sunt hæc septem.

1. Natura, quæ se statim offert in casu recto, vt mediam productam habent hæc sequētia: *Hastile, erica, tibicen, petitor, Briseis*, *Getulus, Insuber*: Correptam vero eandem obtinent, *missile, manica, tubicen, fidicen, institor*, *Nereis*, *Rutulus*, *Vluber*.

In propriis Græca producuntur, *Thrasybulus, Andronicus, Beronice*, Latina corripiuntur *Atabulus* pro vento, *Hernicus* gentile.

2. Quantitas quæ ex obliquorum regulis disci debet, quæ vsu obseruantur, vt *Iber Iberis*, *Brito Britonis*, *Calcare calcaris, ferox ferocis*, *calor caloris*, *radix radicis*, media efferuntur longa.

Contra vero, *æther ætheris*, *Myrmido Myrmidonis*, *iubar iubaris, præcox præcocis*, *frigus frigoris*, *calix calicis*, eadem breui pronuntiantur. Mediam in genitiuis naturam habent quædam nomina propria, de quibus in generalibus regula decima dictum est.

3. Analogia quæ nominum diuersorum est æqualitas propter similitudinem deriuationis: vt quemadmodum mediæ producuntur, in *loquela, vinosus, alumen*: similiter in *medela*, *generosus*, *bitumen*. Et vt antepenultima breuis est in monumentum: ita quoque in documentum. Hæc enim si ortum spectes, sub eandem rationem cadunt.

4. Deductio, quæ est, aut certorum nominum, & tantummodo

modo adiectiuorum: nam quæ à nominibus substantiuis rerum animatarum descendunt, producunt penultimam, vt *mustelinus*, *murinus*, *porcinus*, *anserinus*, *equinus*, à *mustela*, *mure*, *porco*, *ansere*, *equo*. Huc pertinent, *mediastinus*, *clandestinus*, *festinus*. Quæ autem veniunt à nominibus rerum non animatarum, eandem corripiunt, vt *crystallinus*, *adamantinus*, *coccinus*, *ianthinus*, *crocinus*, *facinus*, *cupressinus*. Temporis verò, dubia sunt. Quædam enim sunt longa, vt *matutinus*, *vespertinus*, quædam correpta, vt *crastinus*, *serotinus*.

Aut est certorum verborum in prima coniugatione, quorum aliqua producūtur, quæ actionē absolutam habent, vt *festino*, *inclino*, *propino*. Aliqua corripiuntur, quorum actio ad aliud refertur, vt *inquino*, *contamino*, *destino*, *prædestino*.

5. Etymologia, seu dictionis origo, quæ est omnium tam nominum, quam verborum, eaque solent inuestigari vel ex parte orationis, vt *Exilis*, nomen, & *Exilis*, verbum, quod enim nomen est, producitur. Lucan. lib. 4.

Glebis exilis Arisba.

Quod autem verbum, corripitur. Horat.

Vtrumque fortis exilis puerperæ. Iamb. trimet. vel inuestigatur ex variis partium accidentibus, vt *decoris* à *decus*. Virg. 5. Æneid.

Oblitus decorisque sui sociúmque salutis.

Decoris à *decor*. Idem.

Diuini signa decoris.

Item *parere*, pro *obtemperare*. Tibull. lib. 1.

Longa dies homini docuit parere leones.

At *parere*, pro *eniti*. Terent. in Andr.

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

versus est iamb. trimeter.

Hanc differentiam pulchrè vno versu ostendit Alcimus.

Qui cum passurus ligno sublimis in alto
Penderet, nexúsque & culpas penderet orbis.

Item cecidi à cado. Martial.

Et cecidit sanctis hostia parua focis.

Cecidi à cædo. Ouid.

Sylua frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas.

6. Significatio, vt oblitus ab obliuiscor, media longa. Virg. *Nunc oblita mihi tot carmina.*

Oblitus ab oblinor media breui. Tibull.

Oblitus & musto feriet pede rusticus vuas.

Item in propago, alia est significatio nominis huius cùm Virg. canit. *Gaudent propagine vites.*

Alia rursus hoc versu,

Nimium

Nimium vobis Romana propago
Visa potens Superi.

Primum enim de plantis dicitur, alterum de hominibus valer. hæc eadem in primis syllabis, Ouidio canente.

At quondam vile fuistis acer.

Loquitur enim de arbore. Cum verò idem de equo.

Acer & ad palmæ per se cursurus honores.

aperta syllabæ est differentia. Apud eundem.

Verba puellarum foliis leuiora caducis.

Quid leue sit, est notissimum. At apud Tibullum.

Carior est auro iuuenis, cui leuia fulgent Ora.

7. Vsus auctorum. Nomina quædam habent indifferentem penultimam. Catull.

Mucusque & mala pituita nasi. Phalec. Persius.

Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

Interim tamen meliorum semper prævaleat auctoritas.

DE DIMINVTIONE.

Diminutio est propriè aliquot syllabarum de fine ademptio, donec ad tres perueniatur, è quibus correptio, vel mora accentu intelligitur. Tibull.

Diuitias alius fuluo sibi congerat auro.

In voce *diuitias* sublata vna de fine syllaba, ex eo quod reliquum est antepenultima eius dictionis apparet breuis. Item in voce *confidentissime.* Virgil.

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos?

Detractis de fine eius tribus syllabis, restat confidens, quod mediam natura & accentu producit.

Interdum quoque aliquid de initio detrahitur, vt derelicto simplici nomine, deinceps etiam, quod necesse est, ad quantitatis scientiam tollatur. Iuuenal.

Intolerabilius nihil est, quam fœmina diues.

In prima voce præpositio initialis demitur, remanentibus sex syllabis, de quibus si detrahas tres finales, relinquitur tolera trium syllabarum, quod mediam habere contractam, indicat accentus.

DE VLTIMA SYLLABA.

Vltimæ syllabæ terminantur, aut litteris vocalibus quæ omnes apud Latinos, u sola excepta, dubiæ exsistunt, aut consonantibus, de quibus deinceps agemus.

Terminatio vocalis.

A.

In A desinentia corripiuntur, quales sunt nominatiui

&

& vocatiui singulares primæ declinationis fœminini, vt *Musa,ô Musa.* Item nominatiui,accusatiui, vocatiui plurales neutrorum,vt *scamna, sedilia,acria, cornua*, siue sint nomina, pronomina aut participia.

Corripiuntur quoq; accus. Græci,vt *Phyllida*, *Agamēnona.* Virg. Eclog. 3. *Phyllida mitte mihi,meus est natalis Iola.*
Idem Horat. *Vixere fortes ante Agamemnona.*
Item Virg. *At non sic Phrygius penetrat Lacedamona pastor.*

Producuntur ablatiui primæ declinationis ad differentiam nominatiui,teste Ouidio 1.Metam.

Maxima pars vnda rapitur,quibus vnda pepercit.

Item numeralia in *ginta* sunt longa. Virg.

Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Sic quoque imperatiui primæ coniugationis producuntur,vt *ama.* Tibull. *Tu modo semper ama,salua puella tibi est.*

Producuntur quoque, *Mna*, *praterea, interea,postea,antea, contra,vltra,*

Vocatiui autem Græci primæ declinationis masculini quidam producuntur, vt *Ænea*, *Anchisa Teutra.* Quidam breuiantur.
Tibullus. *Gauisus Atrida triumpho.*
Item Ouid. *Fecerunt furia tristis Oresta tua.*.

E finale.

In E terminata corripiuntur, vt *amare,docere,legere,audire, domine,Ganymede, Achille,cubile,mare.*

Producuntur nominatiui & ablatiui, imo & datiui & vocatiui primæ declinationis fœminina, vt *Penelope*, quanquam & datiui & vocatiui & ablatiui masculina primæ, vt *Anchise,Laerte.*

Producuntur & ablatiui quintæ,vt *specie,rabie,re.*
Ouid. *Ventorum rabie solibus orba tument.*
Virg. *Pro re pauca loquar.*

Producuntur & indeclinabilia, vt *Cete*, *Tempe.* Sicut & aduerbia,*hodie*, *pridie*, *postridie*, *quotidie*, *quare*, *fere*, *ferme.* Item & Imperatiui secundæ coniugationis, vt *doce*, *mone, mane.*

Longa sunt & aduerbia ab adiectiuis in us deriuata, vt *docte,pulcre,recte,scite*, sicut & superlatiui,vt *doctissime*, *pulcerrime.* Sed *bene,male,mage*,corripiuntur.

Corripiuntur quoque aduerbia ab adiectiuis in is, vt *facile.* Breuia sunt & *pene*, *ritę*, *sape*, *nempe*, *quippe.* Eiusdem naturæ sunt & Encliticæ coniunctiones,vt *que*, *ne*, *ve*, sunt & syllabicæ adiectiones,vt *huiusce,tuapte,tute.* Propert.
Nullo pramisso,de rebus tute loquaris.

I finale.

I finale.

In I finita longa exsistunt, vt *domini, homini, amaui, docui, legi, audiui, fleri, amari, doceri, audiri.*

Corripiuntur vocatiui Græci tertiæ declinationis, vt *Alexi, Amarylli, Phylli, Pari*, Virg.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Idem.

Mirabar, quid mœsta Deos Amarilli vocares.

Ouid. *Philli fac expectes Demophoonta tuum.*

Idem. *Bella gerant alij, tu Pari semper ama.*

Corripiuntur quoque interdum datiui tertiæ Græci, vt *Palladi, Minoidi.*

Communia sunt, *mihi, tibi, sibi, cui, nisi, quasi, vbi, ibi.* Inter quę *quasi* rectius corripitur. Sed composita *vbique & ibidem* producuntur.

O finale.

In O desinentia sunt communia, tam masculina quàm fœminina, tam verba quàm nomina, vt *Cato, leo, virgo, libido, cupido, amo, lego, audio, amato, doceto.*

Producuntur datiui & ablatiui secundæ declinationis, vt *domino, puero, pulchro*, Item pondo indeclinabile.

Producuntur & monosyllaba, *Do, sto, pro.*

Item aduerbia, *merito, falso, tanto, quanto, ideo, adeo.* Sic quoque *ergo* pro caussa. *Modo* pro solùm breuiatur.

Variantur, *cito, sedulo, mutuo, crebro, sero.*

Item *postmodo, quomodo*, communia sunt.

Producuntur Græca in O, habentia genitiuum in us, vt *Dido, Sappho, Argo, Clio, Clotho, Hero.*

Gerundia in Do, natura sunt longa, sed vsu breuia, vt Tibull. *Aufer & ipse meum pariter medicando dolorem.* Iuuenal. *Plurimus hic æger moritur vigilando, sed illum.* Seren. *Sæpe sibi noxæ nimium manando fuerunt.*

Producuntur tantum genitiui in O, vt *Androgeos Androgeo, Apollos Apollo.* Virg.

In foribus lethum Androgeo, tum pendere pœnas.

V finale.

In V terminantia producuntur, vt *cornu, veru, genu, Iesu, manu, anu, acu, tu.* Virg.


Tuque ô Tibri, tu ô genitor, cum flumine sancto.

Hîc, *tu ô*, imitatione Græcorum dictum est, nimirum vt sequente vocali syllaba longa *tu* corripiatur. Quanquam sint qui *tuo* ablatiuum esse velint.

Y finalis.

Y vocalis græca corripitur in fine posita, vt *Moly.*

Ouid. *Moly vocant superi, nigra radice tenetur.*



HENRICI SMETII, ALOSTANI, MEDIC. DOCTORIS,



PROSODIA.

SYLLABARVM, QVÆ POSITIONE aut diphthongis carent, quantitates, nuda veterum Poëtarum auctoritate, adductis exemplis demonſtrans.



A	A Te principium, tibi deſinet, accipe iuſſis.	*Virg.*
Aaron	Sacricolæ ſummi, ſummus nam ſeptur Aaron. (mina profert.	*Prud.*
	Hic Aaron eſt virga crucis, quæ ger-	*Tertull.*
Ab	Non gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.	*Virg.*
Abactus a um	—Medio iam noctis abactæ.	*idem*
Abacuc	Quas meſſoribus Abacuc Propheta. *Phal.*	*Prud.*
Abaci	Ornamentum abaci, nec non & paruulus infra.	*Iuuenal.*
Abaco	Nec qui ábaco numeros & ſecto puluere metas.	*Perſ.*
Abalieno	Abalienarit quo ex te argentum acceperit. *Iamb.*	*Plaut.*
Abantiades	Solus Abantiades ab origine cretus eadem.	*Ouid.*
Dilapidas	Dilapidans hominum labores.	*Colum.*
Dilargitus	Omnia solus habens, atque omnia dilargitus.	*Victor.*
Dilato as	Ipsaque dilatant patulos conuitia rictus.	*Ouid.*
Dilatus	Maior dilata nocte recurret amor.	*Prop.*
Dilatio	O miseri quos iam iustæ dilatio pœnæ.	*Victor.*
Dilator	Dilator, spe longus, iners, auidusque futuri.	*Horat.*
Dilectus	Phœnicum & magno miseræ dilectus amore.	*Virg.*
Dilectio	Tantus amor terræ, tanta est dilectio nostri.	*Prud.*
Diligo is	—ex æquo diligit omnes. *Finis hexam.*	*Ouid.*
Diligeret	Diligeret mulier sua, quam te. *Dactyl.*	*Horat.*
Diligitur	Quis nunc diligitur nisi conscius & cui feruens.	*Iuuen.*
Diligens	Quem si conferis aure diligenti. *Phal.*	*Mart.*
Diligenter	Quidam me modo Ruffe diligenter. *Phal.*	*Mart.*
Diligentia	Ciuitate hæc fultis magna diligentia. *Iamb.*	*Plaut.*
Diluceo	Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.	*Horat.*
Dilucidus	Vide *Diluceo & Lucidus.*	
Dilucidus	Dilucide expediui quis me oportuit. *Iamb.*	*Terent.*
Diluculum	Pudor sit vt diluculum. *Iamb.*	*Ambros.*
Diludit	Emicat atque dolos saltu diludit inultus.	*Ouid.*
Diludium	Displicet iste locus, clamo & diludia posco.	*Horat.*
Dilue	Cui tum lacte fauos & miti dilue Baccho.	*Virg.*
Diluis	Diluis helleborum certo compescere puncto.	*Pers.*
Diluere	Diluere possem cuncta, nisi talis fores. *Iamb.*	*Senec.*
Diluerentur	Stantia currenti diluerentur aqua.	*Prop.*
Diluitur	Diluitur nimia simplicitate tua.	*Pet. Arb.*
Dilutus	Diluti bibis vnciam falerni *Phal.*	*Mart.*
Diluuies	Cum fera diluuies quietos. *Dactyl. Troch.*	*Horat.*
Diluuio as	Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.	*Lucret.*
Diluuium	Diluuio ex illo vasta per æquora vecti.	*Virg*
Dimano	Illacrymasse sponte dimanantibus. *Iamb.*	*Prud.*
Dimensus	Omnia sint paribus numeris dimensa viarum.	*Virg.*
Dimicet	Oppugnanda potens tibi dimicet, & tibi vincat.	*Prud.*
Dimicuisse	Hic tibi sit pugna dimicuisse satis.	*Ouid.*
Dimidius	Et Curios iam dimidios humerosque minorem.	*Iuuen.*
Dimidiatus	Sicuti si quis ferat vas vini dimidiatum.	*Ennius*
Diminuo	Diminui si qua numinis ira potest.	*Ouid.*
Diminutus	Deficit pastor grege diminuto. *Sapph.*	*Senec.*
Dimittere	Quoque magis fessas optem dimittere naues.	*Virg.*
Dindyma	Dindyma vbi assuetis biforem dat tibia cantum.	*idem*

Non

Dyndimene	Non per myſtica ſacra Dyndimenes. *Phal.*	*Mart.*
Dimiſi	Dimiſitque animam nobiliore rogo.	*idem*
Dimiſerat	Illa recuruato dimiſerat ora lacerto.	*Sidon.*
Dimiſere	Vnde ſimul primum me dimiſere Philippi.	*Horat.*
Dimittitur	Tandem dormitum dimittitur hic vbi ſæpe.	*idem*
Dimitto	Auxilio tutos dimittam opibuſque iuuabo.	*Virg.*
Dimoue	Attolle vultus, dimoue vocis moras. *Iamb.*	*Senec.*
Dimouet	Æthere ſe mittit, ſperantes dimouet auras.	*Virg.*
Dimoueas	Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria. *Choriamb.*	*Horat.*
Dimouebit	Corticem aſtrictum pice dimouebit. *Sapph.*	*idem*
Dimouit	Agricola incuruo terram dimouit aratro.	*Virg.*
Dimouere	Dimouere Lacertæ.	*Horat.*
Dimouerat	—aurora polo dimouerat vmbram.	*Virg.*
Dimotus	At ſi dimota certandi nube, ſerenis.	*Proſper.*
Dinomaches	Dinomaches ego ſum, ſuffla, ſum candidus, eſto.	*Perſ.*
Dinoſco	Oſtendiſſe iuuat pulſa dinoſcere cautus.	*Perſ.*
Dinumero	Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.	*Virg.*
Diobolaris	Scruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria. *Troc.*	*Plaut.*
Diodorus	Languenti Marco dixit Diodorus aruſpex.	*Auſon.*
Diogenes	Diogenes cui pera penus, cui dolia ſedes.	*idem*
Diomedes	Vidimus ô ciues Diomedem Archiuaque caſtra.	*Virg.*
Diomedis	Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis.	*idem*
Diomedæus	Aut Diomedæas aut mugitum Labyrinthi.	*Iuuen.*
Diona	Truſantem: hunc ego ſi placet Dionæ. *Phal.*	*Catull.*
Diona	Iuro per Dionam & Martem me nociturũ nemini.	*Plaut.*
Dionæus	Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.	*Virg.*
	Sacra Dionææ matri, diuiſque ferebam.	*idem*
Dionyſius	Tunc Syri Damæ aut Dionyſi filius audet.	*Horat.*
Diores	— Priami de ſtirpe Diores.	*Virg.*
Diota	O Taliarche merum Diota. *Dactyl. Troch.*	*Horat.*
Diplomate	Rumor ſuccincto referens diplomate auitum.	*Sidon.*
Dipſades	—In mediis ſitiebant dipſades vndis.	*Lucan.*
Dipſas mulier	Audiat, eſt quædam nomine Dipſas anus.	*Ouid.*
Dipyron	Quid tibi vis Dipyron qui Phaëthonta facis.	*Mart.*
Diphilus	Protogenes aliquis vel Diphilus aut Erimanthus.	*Iuuen.*
Dirce	Teſtis erit Dirce tam vero crimine ſæua.	*Prop.*
Dirces	Trucis antra Ceti, nobiles Dirces aquas. *Iamb.*	*Senec.*
Dircæus	Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.	*Virg.*
Dirigeo	Diriguit viſu in medio.	*idem*
Dirigo is	—certoque haſtilia dirigit ictu.	*idem*
Dirigerer	Et præcepta quibus per bona dirigerer.	*Paulin.*
Dirigamur	Luminis veri face dirigamur. *Sapp.*	*idem*
Directus	Inque vicem modo directo contendere poſſit.	*Tibull.*
Direxerat	Illo namque procul validam direxerat haſtam.	*Virg.*
Dirimat	Submota mundo, dirimat oceani plagis. *Iamb.*	*Senec.*
Dirimit	Ambuſtus exſtat, dirimit inſanum mare. *Iamb.*	*idem*
Dirimebat	Et qui cæruleum dirimebat Nerea Delphin.	*Perſ.*
Diremit	—& prælia voce diremit.	*Virg.*
Dirimatur	Et Rutulum noſtro dirimatur ſanguine bellum.	*idem*
Diripio	Tergora diripiunt coſtis.	*idem*
Diripitur	Diripitur ardens Troia, nec cœlum patet. *Iamb.*	*Senec.*
Diripuere	Non audituri diripuere noti.	*Prop.*

Direptus	Illas direptisque comis tunicisque solutis.	*idem*
Diruo	Diruit, ædificat, murat quadrata rotundis.	*Horat.*
Diruere	Possit diruere, aut innumerabilis. *Choriamb.*	*idem*
Dirutus	Intulerat torrens arbustaque diruta ripis.	*Virg.*
Dira	At procul vt diræ stridorem agnouit & alas.	*idem*
Dirarum	Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum.	*idem*
Diris	Temporibus diris igitur iussuque Neronis.	*Iuuen.*
Dirus	Custodes lecti Phœnix & dirus Vlysses.	*Virg.*
Dis pro Diis	Dis aliter visum, pereunt Hypanisque Damásque.	*Virg.*
	Hunc ais hunc Dis iratis genitoque sinistro.	*Pers.*
Dis ditis	Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.	*Virg.*
Discedo	Moliri & longo fessi discedere bello.	*idem*
Discedit	Discedit & se scindit vnius sacri. *Iamb.*	*Senec.*
Discedite	Sic ô sic positum affati discedite corpus.	*Virg.*
Discerneret	Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.	*idem*
Discerniculum	Ceu plocamo digitis discerniculumque capillo.	*Lucil.*
Discidit	Quam quũ discidit, hinc prospicitur in mare venti.	*Lucret.*
Disceret	Disceret vnde preces, vatem ni musa dedisset.	*Horat.*
Discesserat	Iamque dies cælo discesserat almaque curru.	*Virg.*
Discessere	Discessere omnes medij spaciumque dedere.	*Virg.*
Discimus	Discimus haud vnquam manibus tractata fatiscit.	*Virg.*
Discipulos	Manta die, quot discipulos inclinet Hamillus.	*Iuuen.*
Discludo	Tum durare solum & discludere Nerea Ponto.	*Virg.*
Discidium	Discidium vt fieri nequeat sine peste maloque.	*Lucret.*
Disciplina	Nec dulcis vlli disciplina infantiæ est. *Iamb.*	*Prud.*
Disciplinatus	Disciplinatos dissuescit promere fructus.	*Alcim.*
Discipulorum	Iura trium petiit à Cæsare discipulorum.	*Mart.*
Disclusus	Disclusa ante oculos subiectum prospicit orbem.	*Prud.*
Discluserat	Militibus terror sensum discluserat omnem.	*Iuuen.*
Discolor	Calculus hic gemino discolor hoste perit.	*Mart.*
Discrepo	—medio ne discrepet imum.	*Horat.*
Discrepuit	Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.	*idem*
Discrepito	Consimilis verum positura discrepitant hæc.	*Lucret.*
Discretus	Sedésque discretas piorum *Iamb cum syll.*	*Horat.*
Discreui	Et tenui telas discreuerat auro.	*Virg.*
Discrimen	Erexit caussas discriminis atque laboris.	*Iuuenal.*
Discrimino as	—& late discriminat agros.	*Virg.*
Discriminarat	Discriminarat naufragos. *Iamb.*	*Paulin.*
Discriminatus	Discriminatis illitam coloribus. *Iamb.*	*Prud.*
Discrucior	Abfore me à dominæ vertice discrucior.	*Catull.*
Discruciatibus	Vermibus & flammis & discruciatibus æuum.	*Prud.*
Discrucietur	Quod non est nisi peccatum, quo discrucietur.	*Prosper*
Discubui	Hoc etiam faciunt vbi discubuere tenentque.	*Lucret.*
Discumbitur	Conueniunt, stratóque super discumbitur ostro.	*Virg.*
Discupio	Quid credat nisi te vendere discupere.	*Catull.*
Discurrere	Olli discurrere pares, atque agmina terni.	*Virg.*
Discurritur	Ilicet in muros tota discurritur vrbe.	*idem*
Discutio	Tum sol pallentes haud vnquam discutit vmbras.	*idem*
Discutiamus	Vincula rumpamus, iuga discutiamus eorum.	*Paulin.*
Discutimus	Discutimus liceat vobiscum iungere sensum.	*Prosp.*
Discutiendus	Discutienda valent sterilis mala robora ficus.	*Iuuenal.*
Disertus	Fœcundi calices quem non fecere disertum.	*Horat.*

Diſgregatus	Poſt has ſonabit diſgregato plaſmate. *Iamb.*	*Capell.*
Diſiicio	Diſiicit & ſparſo late rigat arma cruore.	*Virg.*
Diſieci	Vt bello egregias idem diſiecerit vrbes.	*idem*
Diſpaleſcere	Quam illud flagitium vulgo diſpaleſcere.	*Plaut.*
Diſpar	Vt matrona meretrici diſpar erit æquæ.	*Horat.*
Diſpareo	*Vide Appareo.*	
Diſparilis	Vide *Parilis.*	
Diſparibus	Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis.	*Virg.*
Diſparo as	Is nos per gentes alium in alia diſparat.	*Plaut.*
Diſpereo	Hunc hominem ſi velles tradere, diſperea m ni.	*Horat.*
Diſpertitur	Deſpertitur, vt horror, & incutit inde tremorem.	*Lucret.*
Diſpenſator	Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica.	*Mart.*
Diſpicio	Nec tellus obſtat quin omnia diſpiciantur.	*Lucret.*
Diſpliceo	Diſplicet iſte locus clamo & diludia poſco.	*Horat.*
Diſplicemus	Iam diſplicemus, capta prælata eſt mihi. *Iamb.*	*Senec.*
Diſploſus	Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente.	*Lucret.*
Diſpolio	Sæpe tamen propriis diſpoliatur homo.	*Proſp.*
Diſponunt	Diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt.	*Virg.*
Diſponimus	Vnum opus & requiem pariter diſponimus ambo.	*Perſ.*
Diſponitur	Et quinque in partes totus diſponitur orbis.	*Tibull.*
Diſpoſui	Dicet Achillæas diſpoſuiſſe comas.	*Mart.*
Diſpoſitura	Vt non ſit mirum ſi in tales diſpoſituras.	*Lucret.*
Diſpoſitus	Diſpoſiti in turmas.	*Stat.*
Diſpulit	Diſpulit, huc pauci veſtris adnauimus oris	*Virgil.*
Diſpulerat	Diſpulerat penituſque alias aduexerat oras.	*idem*
Diſputo as	Quod optimum ſit diſputas conuiuium. *Iamb.*	*Mart.*
Diſputatio	Quicquid decenter docta diſputatio. *Iamb.*	*Capell.*
Diſquiro	Verum hic impranſi mecum diſquirite cur hoc.	*Horat.*
Diſſeco as	Offam molares diſſecarent vuidi. *Iamb.*	*Prud.*
Diſſemino	Vide *Semino.*	
Diſſero	Infantum diſcerne animos & diſſere quales.	*Proſper.*
Diſſentire	Tres mihi conuiuæ prope diſſentire videntur.	*Horat.*
Diſſideo	Diſſidet, externam reor, & ſic dicere diuos.	*Virg.*
Diſſidium	Diſſidium non eſt hoc, Proculeia lucrum eſt. *Pentam.*	*Mart.*
Diſſilio	Lethi diſſiluit donec ſpectata ſeuero.	*Horat.*
Diſſilire	Capútque Marſæ diſſilire nænia. *Iamb.*	*idem*
Diſſiluiſſe	Diſſiluiſſe ferunt, cum protinus vtraque tellus.	*Virg.*
Diſſimilis	Illis diſſimiles & noſtro tempore natæ.	*Iuuen.*
Diſſimulare	Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum.	*Virg.*
Diſſimules	Verum vt diſſimules, vt mittas cætera quando.	*Iuuenal.*
Diſſimulātibus	Venator pedicas, cum diſſimulantibus armis.	*Grat.*
Diſſimulatus	Vera redit facies diſſimulata perit.	*Pet. Arb.*
Diſſimulator	Nam mihi iam notus diſſimulator eris.	*Mart.*
Diſſipo	Poramus vncti diſſipat Euhyus. *Alcaic.*	*Horat.*
Diſſipabit	Nefas videre, diſſipabit inſolens. *Iamb.*	*idem*
Diſſipare	Vnam labantis diſſipare tam diu. *Iamb.*	*Prud.*
Diſſipatus	Hæc quæ puluere diſſipata multo. *Phal.*	*Mart.*
Diſſitus	—pars animæ per totum diſſita corpus.	*Lucret.*
Diſſocio as	Continui montes niſi diſſocientur opaca.	*Horat.*
Diſſociabilis	Prudens oceano diſſociabili. *Iamb.*	*idem*
Diſſociatus	Diſſociata putrem laxent tabulata catinam.	*Prud.*

Stamina

dissoluendus	Stamina non vlli dissoluenda Deo.	*Tibull.*
dissoluisse	Sit satis ornatus dissoluisse comæ.	*idem*
dissolutus	Dissolutis pristinorũ vinculis peccaminum. *Troch.*	*Prud.*
dissonus	Dissona quam varios flectant ad murmura cursus.	*Claud.*
dissuadeo	Hinc dissuadet amor, victus pudor esset amore.	*Ouid.*
dissuasi	—frustra bellum dissuaserat augur.	*Ouid.*
dissupo	Dissupat in corpus sese cibus omne animantum.	*Lucret.*
dissutis	Oscitat hesternum dissutis vndique malis.	*Pers.*
distabit	Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira.	*Horat.*
distare	Inuenies tamen inter se distare figuris.	*Lucret.*
distentius	Quodque aliena capella gerat distentius vber.	*Horat.*
distichon	Cur in te factum distichon esse putas?	*Mart.*
distineo	Quæ tuto tibi magna volãt dum distinet hostem.	*Virg.*
distrahitur	Distrahitur magis, hoc magis est vt cernere possis.	*Lucret.*
distribuo	Corpora distribuuntur & ad sua secla recedunt.	*idem*
distulit	Ille etiam feras in versum distulit vlmos.	*Virg.*
distuleris	Non bene distuleris, videas quæ p sse negari.	*Mart.*
dites	Despiciam dites despiciamque famem.	*Tibull.*
dites	Parcite ô dites inhibere dextras. *Sapph.*	*Senec.*
ditis	Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas.	*Mart.*
ditibus	Ditibus & longo fumantibus interuallo.	*Prud.*
ditesco	Suscipere & partu possunt ditescere dulci.	*Lucret.*
ditior	Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.	*Horat.*
ditissimus	Huic coniunx Sichæus erat ditissimus agri.	*Virg.*
ditantis	Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos.	*Horat.*
ditasse	Quid prodent ditasse Pelignas anus. *Iamb.*	*idem*
ditauit	Ditauit haud parabere. *Iamb.*	*idem*
ditauerit	Sermonem patrium ditauerit & noua rerum.	*idem*
ditatus	Quid Varos Marsosque loquar ditataque vatum.	*Mart.*
ditaturus	Ditatura suam certo sub tempore terram.	*Alcim.*
ditio	Qui mare qui terras omni ditione tenerent.	*Virg.*
ditionibus.	Congenitis cum regna simul ditionibus æquo.	*Prud.*
dithyrambus	Seu per audaces noua dithyrambos. *Sapph.*	*Horat.*
	Διογενῆ, δίγονον διθυραμβογενῆ Διόνυσον.	*Anthol.*
diu	Rhæbe diu, res si qua diu mortalibus vlla est.	*Virg.*
diutinus	Diutine vti bene licet partum bene. *Iamb.*	*Plaut.*
diutinus	Postquam vapor diutinus. *Iamb.*	*Prud.*
diuturnus	Hæc fore morte mea non diuturna mala.	*Ouid.*
	Hic quid diligitur vellem diuturnior esset.	*idem*
	Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque.	*Pedo.*
diualis	Gaudeat Euphemiam fidus diuale parentis.	*Sidon.*
diuagor	Vide *Diuello & Vagor.*	
diuarico	Diuaricatis cruribus *Iamb. dimet.*	*Prud.*
diuello	—Manibus diuellere nodos.	*Virg.*
diuellat	Est vbi diuellat somnos minus inuida cura.	*Horat.*
diuellatur	Diuellatur adultero. *Spond. Dactyl.*	*idem*
diuellerer	Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam.	*Virg.*
diuellimur	Vt cadem meruisse manu, diuellimur inde.	*idem*
diuulsus	Omnia sæpe graui tremere & diuulsa repente.	*Lucret.*
diuendo	*Vide Diuello.*	
diuerbero	—volucres diuerberat auras.	*Virg.*
diuerbium	Ad noua vix memorem diuerbia coge senectam.	*Auson.*

Quo

diuersus	Quo diuersus abis.	*Virg.*
diuersa ablat.	Turbaque diuersa remigat omnis aqua.	*Prop.*
diuersas	Aut age diuersas,& disiice corpora Ponto.	*Virg.*
diuersos	Diuersos vbi sensit equos currumque referri.	*idem*
diuersorium	Mutandus locus est & diuersoria nota.	*Horat.*
diuerto	—alias diuertit ad artes.	*Ouid.*
diuertitur	Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.	*Virg.*
diuerticulum	A diuerticulo repetatur fabula,postquam.	*Iuuenal.*
diuortium	Obiiciunt equites sese ad diuortia nota.	*Virg.*
diues	Diues opum variarum & latis otia fundis.	*idem*
diuitis	Diuitis hoc vitium est auri,nec bella fuerunt.	*Tibull.*
diuitium	Romanum proprius diuitiumque forum est.	*Mart.*
diuitibus	Diuitibus poteris Musas elegosque sonantes.	*idem*
diuitior	Sum quoque diuitior,certauerit ille tot hœdos.	*Calphur.*
diuitiæ	Diuitiæ poterunt regales addere maius.	*Horat.*
diuitias	Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas.	*Iuuenal.*
diuitiis	Diuitiis homines,an sint virtute beati.	*Horat.*
diuitiarum	Mitte leues spes, & certamina diuitiarum.	*idem*
diuidia	Diuidias mentis conficit omnis amor.	*Prop.*
diuido is	Lecta Promethæis diuidit herba iugis.	*idem*
diuidet	Et medium luci atque vmbr. is iam diuidet orbem.	*Virg.*
diuidebat	Quos diuidebat balneator elixus.*Scaz.*	*Mart.*
diuideret	Ita fuit capitalis vt vltima diuideret mors.	*Horat.*
diuidimus	Diuidimus muros & mœnia pandimus vrbis.	*Virg.*
diuisit	Quæ Dea tam cupidos toties diuisit amantes.	*Prop.*
diuisimus	Hoc iter ignaui diuisimus altius ac nos.	*Horat.*
diuisere	Et pecudes & agros diuisere atque dedere.	*Lucret.*
diuisse	Antiquo censu natis diuisse duobus.	*Horat.*
diuisor	Ecclesiæ quod format,diuisor amare.	*Arator*
diuisus	Et penitus toto diuisos orbe Britannos.	*Virg.*
diuidus	Nosque vt seorsum diuidos letho offeras.*Iamb.*	*Accius*
diuiduus	Et mihi diuiduo findetur munere quadra.	*Horat.*
dium substan.	De gente sub dio moreris.*Iamb.cum syl.*	*idem*
dius adiect.	—Quas ipsa decus sibi dia Camilla.	*Virg.*
dialis	*Vide Dius.*	
diuis	Iampridem inuisus diuis & inutilis annos.	*Virg.*
diuum	Effigies sacræ diuum Phrygiique Penates.	*idem*
diuorum	Accipit & numerum diuorum altaribus auget.	*idem*
diuinitatis	Diuinitatis vis in algis vilibus.*Iamb.*	*Prud.*
diuinus	Diuinosque lacus & auerna sonantia syluis.	*Virg.*
diuinarum	Rerum humanarum diuinarumque potestas.	*Pet. Arb.*
diuinior	Ingenium cui sit,cui mens diuinior,atque os.	*Horat.*
diuino as	Percussus Bellona tuo diuinat & ingens.	*Iuuenal.*
diuinare	Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.	*Horat.*
diuinitus	Haud equidem credo quia sit diuinitus illis Ingenium.	*Virg.*
diuulgata	Diuulgata vetus ad cœlum gloria fertur.	*Lucret.*
dixere	Virgilius,post hunc Varius dixere,quid essem.	*Horat.*
dixeris	Accipit endromidem,si dixeris,æstuo,sudat.	*Iuuenal.*
dixerit	Ad cœlum manibus sublatis dixerit,vrge.	*Horat.*
dixero	Dixero quid si fortè iocosius hoc mihi iuris.	*idem*
dixeramus	Hesterna tibi nocte dixeramus.*Phal.*	*Mart.*

Dixerat	Dixerat agresti forte rudique viro.	*idem*
Do	Do quod vis & me victusque volensque remitto.	*Virg.*
Doceo	Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti.	*Iuuenal.*
Docebat	Fata renarrabat diuum cursusque docebat.	*Virg.*
Docebo	Expediam & paucis, animos adhibete docebo.	*idem*
Docebatur	Quæque docebatur puer admirante magistro.	*Paulin.*
Docemus	Munera præferimus, nomen patriamque docemus.	*Virg.*
Doceri	Motus doceri gaudet Ionicos. *Alcaic.*	*Horat.*
Docuit	Virtute vinci docuit indomita omnia. *Iamb.*	*Senec.*
Docuere	Ni frustra augurium vani docuere parentes.	*Virg.*
Docilis	Et docilis rector monstrati Belga Couini.	*Lucan.*
Dociles	Ex nobis geniti quoniam dociles imitandis.	*Iuuenal.*
Doctor	Doctor argutæ fidicen Thaliæ. *Sapph.*	*Horat.*
Docto es	Circum doctores aderat, quid multa? pudicum.	*idem*
Doctrina	Virtutem doctrina paret naturane donet.	*Horat.*
Doctus	Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.	*Iuuen.*
Doctior	Ditior hic aut est, quia doctior est locus vni.	*Horat.*
Doctius	Psallimus & luctamur Achiuis doctius vnctis.	*idem*
Docticanus	Solers docticanis ludere sensibus. *Choriamb.*	*Capell.*
Doctificus	Ardor doctificus nostræque industria sortis.	*idem*
Doctiloquus	Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis.	*August.*
Doctisonus	Doctisonis mirata modis, quibus inquit ab oris.	*Arator*
Documen	Pectore perfixo documen mortalibus acre.	*Lucret.*
Documentum	Nos documenta magis felicia, qualia magnus.	*Auson.*
Dodecatemorio	Dodecatemorion titulus signantia caussæ.	*Manil.*
Dodona	— & victum Dodona negaret.	*Virg.*
Dodone	Seu tibi Dodone potior tecumque fauentes.	*C. Seuer.*
Dodonæus	Ingens argentum Dodonæosque lebetas.	*Virg.*
Dodonius	Cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.	*Claud.*
Dodra	Dodra ex dodrante est.	*Auson.*
Dodrans	Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.	*Mart.*
Dogmata	Dogmata sic sequeris talis vt esse velis.	*Mart.*
Dolo as	—lumbosque saligno.	
	Fuste dolat quarta vix demum exponitur hora.	*Horat.*
Dolabra	Si lentus pigra muniret castra dolabra.	*Iuuenal.*
Dolabella	Inde Dolabella est atque hinc Antonius inde.	*idem*
Dolatus	Non sum de fragili dolatus vlmo. *Phal.*	*Mart.*
Dolatus	Sed caua per solidum, multoque cauata dolatu.	*Prud.*
Dolitus à doleo	Cœlo dolitus, artem ostentat Mentoris. *Iamb.*	*Varro.*
Doleat	Thalamis pudendis doleat, & prole impia. *Iamb.*	*Senec.*
Doleo es	Et cum vidisti puero donata dolebas.	*Virg.*
Dolebo	Nec tu non aliquid, sed prima nocte dolebis.	*Propert.*
Dolenter	Post Phaethontæos vidisse dolentius ignes.	*Virg.*
Dolere	Dum mea me victam doceat fortuna dolere.	*Ouid.*
Dolentibus	Et faciunt prope plura dolentibus ex animo sic.	*Horat.*
Dolet	Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.	*Prop.*
Doliturus	Et si quid doliturus eris sine testibus illic.	*idem*
Dolitura	O dolitura mea multum virtute Neæra.	*Horat.*
Doluit	Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.	*Virg.*
Doluere	Ingenio offensi, aut læso doluere Metello.	*Horat.*
Doluisti	Nota tibi & nostro doluisti sæpe dolore.	*Virg.*
Dolor	Quamuis multa tibi dolor hic meus aspera debet.	*Prop.*

—sæui

Doloris	—fæui monumenta doloris.	*Virg.*
Doloribus	Nulla fides damnis verisque doloribus adsit.	*Horat.*
Dolorificus	*Vide Dolor & Regificus.*	
Dolium	In caua Lethæas dolia portat aquas.	*Tibull.*
Doliaris	Apud anum illam doliarem cludam crassam Chrysidem. *Troch.*	*Plaut.*
Doliolum	*Vide Pileolus.*	
Dolon telum	—fæuosque gerunt in bella dolones.	*Virg.*
Dolon vir	—proles præclara Dolonis.	*Virg.*
Dolopes	Myrmidonum Dolopúmve aut duri miles Vlyssi.	*Virg.*
Dolopeius	—vidisse putant Dolopeia busta.	*Valer.*
Dolus	Extemplo dolus, infandum, patefactus ad auras.	*Virg.*
Dolis	Noxia Alexandria, dolis aptissima tellus.	*Prop.*
Dolos	Vulcani Martisque dolos, & dulcia furta.	*Virg.*
Dolosus	—mulier si fortè dolosa.	*Horat.*
Dolichaon	—prolem Dolichaonis Hebrum.	*Virg.*
Domat	—crines domat ordine certo.	*Stat.*
Domamur	Siue leui flamma, siue domamur aqua.	*Mart.*
Domabilis	Te Cantaber non ante domabilis. *Alcaic.*	*Horat.*
Domari	Comperit inuidiam supremo fine domari.	*idem*
Domator	Te duce non alias conuersus terga domator.	*Tibull.*
Domatur	Arida ficus item feruente domatur aceto.	*Seren.*
Domuere	Non anni domuere decem, non mille carinæ.	*Virg.*
Domito as	Et prensos domitare boues.	*Virg.*
Domitor	At Messapus equum domitor Neptunia proles.	*Virg.*
Domitor	Adsit Lycurgi domitor, & rubri maris. *Iamb.*	*Senec.*
Domitrix	Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum.	*Virg.*
Domitus	Crescere iam domitis finito.	*Virg.*
Domiturus	Durum Bacchi domitura saporem.	*Virg.*
Domitus	Ingeminat ictus, domitus infregit minas. *Iamb.*	*Senec.*
Domitius	Tecta tenent pugnas Domiti tua classica seruant.	*Lucan.*
Domitius	Nero ipse diuo Domitio genitus patre. *Iamb.*	*Senec.*
Domitianus	Dum Ianus hyemes, Domitianus autumnós *Scaz.*	*Mart.*
Dominus	Romanos rerum dominos gentemque togatam.	*Virg.*
Dominus	Vbi dominus odit fit nocens, non quæritur. *Iamb.*	*Senec.*
Domina nomin.	Eumenidum domina stygio caput exerit antro.	*Prud.*
Dominare	Dominare tumidus, spiritus altos gere. *Iamb.*	*Senec.*
Dominarier	Partibus ex iisdem & summa dominarier arce.	*Virg.*
Dominabitur	—& victis dominabitur Argis.	*Virg.*
Dominaris	Constituit cuius nutu dominaris & orbi.	*Prud.*
Dominatur	Dominatur illic patruus Alcide tui. *Iamb.*	*Senec.*
Domineris	Iupiter vt Cretæ domineris, Pallas vt Argis.	*Prud.*
Dominetur	Horreat, nulla dominetur aula. *Sapph.*	*Senec.*
Dominaretur	Is dominaretur cunctis sub carne creatis.	*Dracont.*
Dominatio	Summa potestatum simplex dominatio rerum.	*Prud.*
Dominatus	Illo quo primum dominatus Roma superbos.	*Virg.*
Dominatibus	Congredimur quorum dominatibus humidus iste.	*Prud.*
Dominator	Fudit Aloidas postquam dominator olympi.	*Pedo.*
Dominatrix	Subdita ne cuiquam dominatrix vtpote rerum.	*Prud.*
Domus nom.	Par domus est cœlo, sed minor est domino.	*Horat.*
Domus genit.	Scire volunt secreta domus atque inde timeri.	*Iuuenal.*

Domi	Depulsos à lacte domi, quæ clauderet agnos.	*Virg.*
Domibus	Præterea domibus flammam, domibusque ruinam.	*Prop.*
Domicenium	Si tristi domicenio labores *Phal.*	*Mart.*
Domos	Præberet spelunca domos ignemque laremque.	*Iuuenal.*
Domorum	Cum mutos arcemque procul, ac rara domorum.	*Virg.*
Domesticus	Ventre diem durare domesticus ocyor hæc est.	*Horat.*
Dona semper.	Et gratam requiem dona tibi, quando licebit.	*Iuuenal.*
Donabat	Quicquid quæsierat ventri donabat auaro.	*Horat.*
Donaberis	Cras donaberis hœdo. *Spond. Dactyl.*	*idem*
Donabitur	Quas si quis mihi retulerit, donabitur auro.	*Prop.*
Donabimus	Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.	*Virg.*
Donare	Tu seu donaris, seu quid donare voles cui.	*Horat.*
Donari	Ab Ioue donari possit tibi, tolle querelas.	*idem*
Donaris	Tu seu donaris, seu quid donare voles cui.	*idem*
Donat	Sed satis est orare Iouem, qui donat & aufert.	*idem*
Donator	Donator atræ lucis, Alcide tuum. *Iamb.*	*Senec.*
Donatur	Hic tibi donatur panda ruber vicens ansa.	*Mart.*
Donatura	Donatura cygni si libeat sonum. *Choriamb.*	*Horat.*
Donatus	Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.	*Virg.*
Donatio	Longius ostendit culpæ donatio mitem.	*Victor.*
Donatiuum	*Vide Donatus & Fugitiuus.*	
Donauerat	Pallade cum docta Phœbus donauerat artes.	*Ped. Alb.*
Donauere	Fata donauere bonique diui. *Sapph.*	*Horat.*
Donaueris	Nequicquam populo bibulas donaueris aures.	*Pers.*
Donauimus	Quum, sine te mœsti tenero donauimus hœdo.	*Calphur.*
Donauit	Quem pater ipse Deum sceptri donauit honore.	*Virg.*
Donet	Cui donet impermissa raptim *Iamb cum syll.*	*Horat.*
Donetur	Donetur tenera mitior hostia. *Choriamb.*	*Senec.*
Donum	— onerantque altaria donis.	*Virg.*
Donorum	Nec tam donorum ingentes mirabere aceruos.	*Hel. Cin.*
Donarium	— ductos alta ad donaria currus.	*Virg.*
Donace	Quid merui cur me Donace formosa reliquit.	*Calphur.*
Donec	Donec eris felix multos numerabis amicos.	*Ouid.*
Donicum	Donicum eam refrenauit per membra voluntas.	*Lucret.*
Donysa	Bacchatamque iugis Naxô viridemque Donysam.	*Virg.*
Dorcas	Delitium paruo donabis Dorcada naro.	*Mart.*
Dorcadis	Exuuiisque onerata suis quas Dorcadis ipsis.	*Arator*
Doricus	— iuuat ire & Dorica castra.	*Virg.*
Doris nympha	Doris amara suam non intermisceat vndam.	*Victor.*
Dorida	I procul ô Dorida primumque reclude canalem.	*Calphur.*
Doridis	Prodest & potus sed mulsus Doridis humor.	*Seren.*
Dorius	Hac Dorium, illis Barbarum. *Iamb.*	*Horat.*
Dormire	Certatim, tandem fessus dormire viator.	*idem*
Dormis	In niue lucana dormis ocreatus, vt aptum.	*idem*
Dormitat	Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.	*idem*
Dormitabo	Aut dormitabo aut ridebo, tristia mœstum.	*idem*
Dormitantibus	Dormitantibus otiosiorem *Phal.*	*Sidon.*
Dormitor	Quid tibi dormitor proderit Endymion.	*Mart.*
Dormitum	Lusum it Mœcenas, dormitum ego, Virgiliusque.	*Horat.*
Dormitur	Admittûr, magnis opibus dormitur in vrbe. (rius.	*Iuuenc.*
Dormitator	Ni illic homo est aut dormitator, aut sector Zona-	*Plaut.*
Doryclus	— Ismarij coniux longæua Dorycli.	*Virg.*

Est

	Eſt D ·ycli coniux,diuini ſigna decoris.	*idem*
Doricnion	Ἀλλ' ἄγεδ' ἢ φράζοιο δορίκνιον, ὅτε γάλακλι.	*Nicand.*
Dorylas	Diues agri D rylas?	*Ouid.*
Dos dotis	—Et numeras in dote triumphos.	*Iuuenal.*
	Dos etiam eſt nondum tibi Roma videtur.	*Mart.*
Doti	Cruribus hæc metuat,doti depienſa,egomet num.	*Horat.*
Dotabere	Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo.	*Virg.*
Dotare	Dotare thalamo tale coniugium tibi. *Iamb.*	*Senec.*
Dotabit	Tertia Pleiades dotabit forma ſorores.	*Manil.*
Dotalis	Effatur non hæc dotalis regia Amatæ.	*Virg.*
Dotalibus	Ne plus frumenti dotalibus emetat agris.	*Horat.*
Dotatus	—mulier dotata triumphis.	*Claud.*
Dota nympha	—qualis Nereia Doto.	*Virg.*
Draco	Squamoſuſque draco & fulua ceruice leæna.	*idem*
	Hic draco perfidus indocile. *Dactyl.*	*Prud.*
Draconis	Aut hæc Maſſyli poma draconis erant.	*Mart.*
Draconibus	Tabo lingua fluens,obſeſſa draconibus ora.	*Pet. Arb.*
Draconigenæ	Quæque draconigenæ portas non clauſerat hoſti.	*Sidon.*
Dracæna	*Vide Draco & Leæna.*	
Dracunculus	*Vide Draco & Auunculus.*	
Drachma	ἀποβαλεσάμετε δραχμὰς τρεῖς *Finis hexam.*	*Andron.*
Drama	Laudes celebret Dramatum. *Iamb*	*Hilar.*
Drepanum	Hinc Deprani me portus & illætabilis ora.	*Virg.*
Dromas	Et Dromas, & Canache Stic̃teq; & Tigris & Alce.	*Ouid.*
Dropax	Pſilothoro faciemque lauas & dropace caluam.	*Mart.*
Druidæ	Sacrorum Druidæ poſitis repetiſtis ab armis.	*Lucret.*
Drusus	Quin Decios,Druſoſque procul ſæuumque ſecuri.	*Virg.*
Druſonem	Odiſti & fugis,vt Druſonem debitor æris.	*Horat.*
Dryas	Quod dryas igne cales,puer hunc irridet amorem	*Pentad.*
Dryades	Interea Dryadum ſyluas ſaltuſque ſequamur.	*Virg.*
Dryaſin	Nec minor Auſoniis eſt amor in Dryaſin.	*Prop.*
Drynus	Κέγχρε δὲ τοι δρυΐνοιο στείρασκε τὸν δὲ χέλυδρον.	*Nicand.*
Drymo	Drymoque Xanthoque Ligeaque Phyllodoceque.	*Virg.*
Dryopes	--& rigida Dryopen ferit eminus haſta.	*Virg.*
Duas	Iupiter ipſe duas æquato examine lances.	*idem*
Duabus	Et tectus lenis ſæpe duabus abit.	*Mart.*
Dubis fl.	Ptolemæo ſcribitur ὁ Δοῦβις	
Dubius	Negare quiſquam dubius ad thalamos eat. *Iamb.*	*Senec.*
Dubiis	Sideribus dubiis aut illo tempore,quo ſe.	*Iuuen.*
Dubio	Numinis in dubio cauſſa eſt.	*Ouid.*
Dubioſus	*Vide Dubius & Odioſus.*	*Senec.*
Dubitat	Incerta dubitat vnda,cui cedat malo *Iamb.*	*Iuuen.*
Dubito as	Et dubitas alta Chionem deducere ſella.	*Virg.*
Dubitamus	Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis.	*Perſ.*
Dubites	Non equidem hoc dubitas amborũ fœdere certo.	*Iuuen.*
Dubitet	Perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni.	*Rutil.*
Dubitabat	Pronior in Tuſcos non dubitabat amor.	*Sedul.*
Dubitabis	Quidve Maria gemis? Chriſtum dubitabis,an vnũ	*M Varro.*
Dubitatis verb.	Quid dubitatis verum nunc ſitis cercopitheci.	*Ouid.*
Dubitabilis	—nec erit dubitabile verum.	
Dubitanter.	*Vide Dubito & Clementer.*	*Senec.*
Dubitatur	Dubitatur,etiam vincla Saturno exuam. *Iamb,*	

Dubitaturus	Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem.	*Iuuenal.*
Duc	Duc age, duc ad nos, fas illi limina diuum.	*Virg.*
Ducatur	Paccuuium quin illud ebur ducatur ad aras.	*Iuuenal.*
Ducat	Ne trahat & mensæ ducat in orbe notas.	*Tibull.*
Ducebat	Mincius infesta ducebat in æquora pinu.	*Virg.*
Duceris	Duceris vt neruis alienis mobile lignum.	*Horat.*
Duceret	Duceret apricis in collibus vua colorem.	*Virg.*
Ducet	Curru ducet Achaico. *Spond. Dactyl.*	*Horat.*
Ducimus	Victrix fortunæ sapientia, ducimus autem.	*Iuuen.*
Ducite	Ducite ab vrbe domum mea carmina ducite Daphnim.	*Virg.*
Ducitis	Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum.	*idem*
Ducitur	—neque enim plus septima ducitur æstas.	*idem*
Duceris futur.	Duceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus.	*Iuuen.*
Ducentis partic.	Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.	*Pers.*
Ductitauit	Iamne abis venules illic ductitauit quisquis est. *Troch.*	*Plaut.*
Ductores	Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos.	*Virg.*
Ductori	Ductori Turno diuersa in parte furenti.	*idem*
Ductoribus	Ipsis præcipuos ductoribus addit honores.	*idem*
Duxerit	Aonas in montes vt duxerit vna sororum.	*idem*
Duxere	Romanos ad templa deum duxere triumphos.	*idem*
Ductilis	Palmites hoc dignæ ductile flumen aquæ.	*Mart.*
Ductilibus	Vestis ductilibus concludens fila talentis.	*Alcim.*
Dux ducis	Nimirum summi ducis est occidere Galbam.	*Iuuen.*
Ducibus	At Rutilo regi ducibusque ea mira videri.	*Virg.*
Ducibus	Meeum ire, mecum ducibus his vti licet. *Iamb.*	*Senec.*
Duces	Luciferi, quo signa duces, & castra mouebant.	*Iuuenal.*
Ducarius	Aduolat ora fetus mentemque ducarius acri.	*Sil.*
Ducatus	At vos signifero qui talia vota ducatu.	*Alcim.*
Ducenus	Quam dotis mihi quinquies ducena. *Phal.*	*Mart.*
Ducenarius	*Vide Ducenus & Aquarius.*	
Ducenti	Iunonis sacra ferret, habebat sæpe ducentos.	*Horat.*
Ducenties	Ducenties accepit, & tamen viuit. *Scaz.*	*Mart.*
Ducentum	Millia ducentum frumenti tolle medimnum.	*Lucil.*
Dudum	Et me quem dudum nonnulla iniecta mouebant.	*Virg.*
Dulcis	Viue diu mi dulcis anus, proptios ego tecum.	*Tibull.*
Dulces	Sæpe ego cum dominæ dulces à limine diro.	*idem*
Dulcibus	Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.	*Virg.*
Dulciculus	Huius colustra, huius dulciculus caseus, mastigia. *Iamb.*	*Plaut.*
Dulcifer	Dulciferæ fici lactantes vbere toto.	*Ennius*
Dulcifluus	Pars data dulcifluis vndantis fontibus agri.	*Dracon.*
Dulciloquus	Mollit dulciloqua canorus arte. *Phal.*	*Sidon.*
Dulcimodus	Mystica dulcimodis virtutum carmina Psalmis.	*Prud.*
Dulcior	Nerine Galathæa thymo mihi dulcior Hyblæ.	*Virg.*
Dulcissimus	Arreptaque manu, quid agis dulcissime rerum.	*Horat.*
Dulcisonus	Dulcisonum quatitur fidibus dum pectine murmur.	*Sidon.*
Dulcacidus	Crudaue dulcacido miscebit rapa liquori.	*Seren.*
Dulcatis	Dulcatis cunctata vadis, oleique liquores.	*Sidon.*
Dulcedo	Nescio qua natale solum dulcedine cunctos.	*Ouid.*
Dulcores	Dulcores, potus varios pingues & odores.	*Tertull.*

Duli

Dulichium	Dulichiumque Sameque & Neritos ardua saxis.	*Virg.*
Dulichius a um	Dulichias vexasse rates & gurgite in alto.	*Virg.*
Dum	Sed dũ abest quod auemus, id exsuperare videtur.	*Lucret.*
Dummodo	Dummodo sim, quæso segnis inersque vocer.	*Tibul.*
Dumus	—Halcyoneo resonant & acanthida dumi.	*Virg.*
Dumis	Hic rarum ramẽ in dumis holus, albaque circum.	*idem*
Dumicola	Caucaseas arces & dumicolas Arienos.	*Auien.*
Dumosus	Dumosa pendere procul de rupe videbo.	*Virg.*
Dumosorum	Post dumosorum septanres dorsa iugorum.	*Auien.*
Dumetum	Ter centum nivei tondent dumeta iuuenci.	*Virg.*
Duo	Europamque Asiamque duo vel maxima terræ.	*Auson.*
	Præterea duo nec tuta mihi valle reperti.	*Virg.*
Duobus	Sed par atque eadem cœna duobus erat.	*Mart.*
Duos	Pinge duos angues, pueri sacer est locus, extra.	*Pers.*
Duodenus	Per duodena regit mundum sol aureus astra.	*Virg.*
Duodenarius	Quam duodenarius circumtulit ordo figuram.	*Arator*
Duplex	& duplicem gemmis auroque coronam.	*Virg.*
Duplice	Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.	*Horat.*
Duplici	Contra quem duplici panno patientia velat.	*idem*
Duplicibus	Quid quos duplicibus iugata tædis *Phal.*	*Sidon.*
Dupliciter	Dupliciter itam vis venti contrudit & ipsa.	*Lucret.*
Duplico	Quadrantem duplica de seniore cado.	*Mart.*
Duplicatus	Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.	*Virg.*
Duro as	Durate & vosmet rebus seruate secundis.	*Virg.*
Durabilis	Quod caret alterna requie durabile non est.	*Ouid.*
Duramen	Et vis magna gelu, magnum durãmen aquarum.	*Lucret.*
Duramus	Desertbus sæuoque gelu duramus & vndis.	*Virg.*
Durare	Tum durare solum & discludere Nerea Ponto.	*idem*
Durauris	Rectius Albanam fumo duraueris vnam.	*Horat.*
Duratus	At coria & carnem molli durata calore.	*Lucret.*
Durauerit	Inde vbi pubentes calamos durauerit æstus.	*Nemes.*
Durauit	Durauitque animum, destituitque preces.	*Pedo.*
Duresco	Limus vt hic durescit & hæc vt cera liquescit.	*Virg.*
Durescere	Et segnem patiere situ durescere campum.	*Virg.*
Durus	Durus vterque labor.	*Virg.*
Duras	Et ponit duras inter ephemeridas.	*Prop.*
Duris	Nec mihi tam duris insultet moribus & te.	*Prop.*
Durissimus	Gnosius hic Rhadamãthus habet durissima regna.	*Virg.*
Duros	Culpabit duros incomptis illinet atrum.	*Horat.*
Duriter	Duriter & duro terram pede pellere matrem.	*Lucret.*
Durities	Ponere duritiem cepere suumque rigorem.	*Ouid.*
Durius	Durius in terris nihil est quod viuat amante.	*Prop.*
Duria fl.	Floribus & roseis formosus Duria ripis.	*Claud.*
Durius fl.	Hinc certant Pactole tibi Duriusque Tagusque.	*Sil.*
Duranus	Concedet gelido Durani de monte volutus.	*Auson.*
Durateus	Nec clam Durateus Troianis Pergama partu.	*Lucret.*
Duratei gens	Martones, Phylitique, & pernix Durateum gens.	*Auien.*
Duraton	Et sanctum Duratonis ilicetum. *Phal.*	*Mart.*
Duumuiratus	Duumuiratu crederet sed insulam. *Iamb.*	*Auien.*
Dymas	Hoc Riphus, hic ipse Dymas, omnisque iuuentus.	*Virg.*
Dynastes	---δύνασται ἀρ᾽ ἄνακτα *hin. hexam.* odyss. l. 14.	*Hom.*
Dynastas	Cuncta dynastas, metuuntque casus. *Sapph.*	*Senec.*

K

δυνάσται habet Homerus prima et secunda breui, non δυνάσται.

Dyota	O Thaliarche merum dyota. *Dactyl.Troch.*	*Horat.*
Dyrrachium	Dyrrachij præceps rapiendas tendit ad artes.	*Lucret.*

E

E	Truditur è sicco radix oleagina ligno.	*Virg.*
Eadem	Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.	*Virg.*
Eadem abla.	Hac eadem rursus Lygdame curre via.	*Prop.*
	Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.	*Horat.*
Eamus	Cantantes licet vsque minus via lædet, eamus.	*Virg.*
Earum	Suaues res, si non caussas narraret earum.	*Horat.*
Eas	Intestatus eas, adeo tot fata, quod illa.	*Iuuen.*
Eat	Teque nouas circum felix eat hostia fruges.	*Virg.*
Earinus	Dicunt Earinum tamen poëtæ. *Phal.*	*Mart.*
Eatenus	Eatenus abeunt à fabris. *Iamb.*	*Plaut.*
Ebenus	*Vide Hebenus.*	
Ebibo is	Filius aut etiam libertus vt ebibat heres.	*Horat.*
Ebibitus	Confestim ebibiris adhuc sitisse. *Phal.*	*Sidon.*
Ebosita	Et quas præcoquit Ebosita cannas. *Phal.*	*Stat.*
Ebrius	Non magis audierit, quam Fusius ebrius olim.	*Horat.*
Ebriacus	Homo ebriacus somno sanati soler. *Iamb.*	*Laberius*
Ebriola	Ebriolata accina ebriosioris. *Phal.*	*Catull.*
Ebrietas	Quid nõ ebrietas designat? operta recludit.	*Horat.*
Ebrietati	Verberibus, segnisq; e indulgens ebrietati.	*Iuuenc.*
Ebullio	Ebullit patrui præclarum funus, & ô si.	*Pers.*
Ebulus	Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.	*Virg.*
Ebur	Lucet ebur fusos ceruix cui lactea crines.	*Virg.*
Ebur	Et mœstum lacrymat templis ebur, æraque sudant.	Virg.
Ebori	Quale manus addunt ebori.	Virg.
Eburatus	Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram. *Iamb.*	*Plaut.*
Eburneus	Impubesque genas & eburnea colla decusque.	*Ouid.*
Eburnus	Portabat niuidis currus eburnus equis.	*Tibull.*
Ebusus	Iamque Ebusus Phœnissa mouet, mouet Artubus arma.	*Sil.*
	Ac delicta vago pecori consurgit Ebusus.	*Auienus.*
Ecce	Ecce Dionei processit Cæsaris astrum.	*Virg.*
Ecclesia	*Græcè* ἐκκλησία.	
Ecclesiarum	Ecclesiarum in angulis. *Iamb.*	*Prud.*
Ecclesiæ	Dominæque rex Ecclesiæ. *Iamb.*	*idem*
	Cuius de manibus sumens Ecclesia corpus.	*Victor.*
Echeneis	In mediis Echeneis aquis.	*Lucan.*
	Parua Echeneis adest mirũ mora puppibus ingens.	*Ouid.*
Echidna	—Lernæ sanguis echidnæ.	*idem*
Echinades	—crassis oblimas Echinadas vndis.	*Lucret.*
Echineis insula	Quos tenet Ægæo defixa in gurgite Echineis.	*Cic.*
Echinus	Cortice deposito mollis echinus erit.	*Mart.*
Echinus cortex	Maturis nucibus virides rumpentur echini.	*Calphur.*
Echion	Accipis vxorem, de qua citharædus Echion.	*Iuuenal.*
	Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.	*Virg.*
Echo	—reparabilis assonat Echo.	*Pers.*
Eclogium	Impleantur meæ fores eclogiorum carbonibus.	*Plaut.*
[illegible]	Æmulus econtra spectat, quos viceris odit.	*Sidon.*
Ecquando	Ecquando [illegible] ignibus iam subditis. *Iamb.*	*Senec.*
Ecquid	Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles.	*Virg.*

Ecquis

Ecquis	Ecquis eris mecũ,ô iuuenes, qui primus in hostem.	*Virg.*
Eculeus	Euiscerandum corpus eculeo eminus. *Iamb.*	*Prud.*
Edentulus	Propter operam illius improbi edentuli.*Iamb.*	*Plaut.*
Edentularum	Edentularum cantilenæ suaserint.*Iamb.*	*Prud.*
Edera	*Vide Hedera.*	
Edessa	Producens Thomam munus Edessa tuum.	*Fortun.*
Edico is	—armari edice maniplis.	*Virg.*
Edicere	Tantaque concedis tu menti edicere donis.	*Porphyr.*
Edictum	Adde quod edictum quamuis immite minaxque.	*Ouid.*
Edisco	Audiit Eurotas iussitque ediscere lauros.	*Virg.*
Edidici	Edidicisse fuit,fatorum arcana canebat.	*Ouid.*
Edissere	Noster eris mihique hæc edissere vera roganti.	*Virg.*
Edo simplex	—furit ardor edendi.	*Ouid.*
Edamus	Sportula quod non est prosit,edamus idem.	*Mart.*
Edebat	Tempore contactos artus sacer ignis edebat.	*Virg.*
Edi præt.	Non ego,narrantem temere edi luce profesta.	*Horat.*
Edit præter.	Miramur si Democriti pecus edit agellos.	*idem*
Edisti	Lusisti satis,edisti satis,atque bibisti.	*idem*
Ederunt	Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi.	*Mart.*
Edax	Tempus edax rerum.	*Ouid.*
Edacibus	Trudis edacibus dolos.*Iamb.*	*Horat.*
Edacitas	Gula est ferina,sed socors edacitas.*Iamb.*	*Prud.*
Edulis	Vinea submittit capreas non semper edules.	*Horat.*
Edo compos.	Promptus & Isæo torrentior,ede quid illum.	*Iuuen.*
Edatur	Hæc si non ita sunt edatur cur sacra vobis.	*Prud.*
Edis	Quam si Romanæ principis edis opus.	*Pedo.*
Ederet	Ederet vt multo libera verba mero.	*Tibull.*
Edidit	Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti.	*Virg.*
Ediderat	Vix hæc ediderat,cum effusis imbribus atra.	*idem*
Editor	Vulturnusque celer,nocturnæque editor auræ.	*Lucan.*
Editus	Felicemque trahunt limum quique editus austro.	*Virg.*
editior	Viribus editior cedebat,vt in grege taurus.	*Horat.*
Edoceo	Edoceat multasque viro se adiungere gentes.	*Virg.*
Edocet	Edocet & quæ nunc animo sententia constet.	*idem*
Edolo as	*Vide Edoceo & Dedolo.*	
Edolo as	Vnum ego libellum haud edolem.*Iamb.*	*Ennius*
Edom	Qui venit de Edom,de Bosra veste cruenta.	*Fortun.*
	Esto memor tũ prolis Edõ , vt versa vice nostrum.	*Paulin.*
Edomo as	Edomat inualidas mentes quæ simplicitatem.	*Prud.*
Edomuit	Mos & lex maculosum edomuit nefas.*Choriamb.*	*Horat.*
Edomitus	Iam post edomitas Alpes,defensaque regna.	*Claud.*
Edonis	Nec minus assiduis Edonis fessa choreis.	*Prop.*
	Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.	*Lucret.*
Edonius	At velut Edoni Boreæ cum spiritus alto.	*Virg.*
Edonius	Ibat vt Edonio referens trieterica Baccho.	*Ouid.*
Edormio	Cum Ilionam edormit Catienis mille ducentis.	*Horat.*
Educo as	Non ager hic pomum,non dulces educat vuas.	*Ouid.*
Educo is	—cœloque educere certant.	*Virg.*
Educet	Educet syluis regem,regumque parentem.	*idem*
Edulcare	Qua propter edulcare conuenit vitam.*Scaz.*	*Cn.Mart.*
Edurus	Eduramque pyrum & spinos iam pruna ferentes.	*Virg.*
Eetion	Eetionæas impleui sanguine Thebas.	*Ouid.*

effare	Quæ ſcelerum facies ô virgo effare, quibuſve.	*Virg.*
effari	Incipi effari,mediaque in voce reſiſtit.	*idem*
effabilis	Nec viſu facilis nec dictu effabilis vlli.	*Virg.*
effatus	Tum multa ſecum effatus,& patrium ſolum.*Iamb.*	*Senec.*
effata	Sic effata ſinum lacrymis impleuit obortis.	*Virg.*
efferus	Adiunxere feras,quia quamuis effera proles.	*Lucret.*
efferatus	Mentis impos efferatis percitus Furoribus.*Troch.*	*Prud.*
efferata	Et efferata per nefas ingens ruunt.*Iamb.*	*Senec.*
efferarit	Quod te efferarit,ſi nouos ſuffixerit *Iamb.*	*idem*
efferendus	Sæpe efferendus,interim hæc ignes ſe agr.*Iamb.*	*idem*
efficax	Iam iam efficaci da manus ſcientiæ.*Iamb.*	*Horat.*
efficacis	Nec manus humeris efficacis Herculis.*Iamb.*	*idem*
efficio	N I Claudiæ non efficient manus.*Alcaic.*	*idem*
efficit	Efficit obiectu laterum,quibus omnis ab alto.	*Virg.*
effecerat	Non illas fixum caras effecerat aurum.	*Prop.*
effigies	Effigies inter veſtras ſtatuamque Vagelli.	*Iuuenc.*
effigiaſti	Hominem pater effigiaſti *Parthenia.*	*Prud.*
effigiatus	Effigiata premunt animum,contra ille ſereno.	*idem*
efflagito	—notumque efflagitat enſem.	*Virg.*
efflagitatus	Efflagitatam rem,tibi vt perſoluerem.	*Auſon.*
efflarem	Ore foras acrem efflaret de corpore flammam.	*Lucret.*
efflaui	Impulit atque ſuos efflauit languidus ignes.	*idem*
effloreo	*Vide Defloreo.*	
effluuium	*Vide Diluuium.*	
effodio	Effodiuntur opes irritamenta malorum.	*Ouid.*
effodi præt.	Et ſacrum effodit medio de limite ſaxum.	*Iuuen.*
efraim	*Vide Ephraim*	
effrenus	Gens effrena virûm Riphæo tunditur Euro.	*Virg.*
effrenatorum	Eff enatorum mode amine pacificator.	*Prop.*
effudit	Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina.	*Virg.*
effudi præt.	Et iuuenem monſtris pauidi effudere marinis.	*Virg.*
effuſus	—& crines effuſa ſacerdos.	*Virg.*
effugio	Effugimus ſcopulos Ithacæ Laertia regna.	*Virg.*
effugere	Cui muſtela procul,ſi vis,aut,effugere iſtinc.	*Horat.*
effugerent	Effugerent aliqua ſtagna profunda via.	*Pedo.*
effugit	Hæc manet,hæc auidos effugit vna rogos.	*idem*
	Et luctum & curam effugies & tempora vitæ.	*Iuuenc.*
effugi præt.	Te fruſtra comprenſa manus effugit imago.	*Virg.*
effugerit	Effugerit ſpectaculum.*Iamb*	*Horat.*
effugium	Res occurrere & effugium præcludere eunti.	*Lucret.*
effugiendus	Hac nobis Minos effugiendus ope.	*Ouid.*
effumat	Effumat moles,atque ipſo pondere tracta.	*Seren.*
effuſus	Exciderat puppi mediis effuſus in vndis	*Virg.*
effuſis	Vix hæc ediderat cum effuſis imbribus atra.	*idem*
effutio	Effutire leues indigna tragœdia verſus	*Horat.*
egates	Flore virens auet Egates abolere parentem.	*Sil*
egelidus	Sed gelidum Borean egelidumque Notum.	*Ouid.*
egeo	Pane egeo,iam mellitis potiore placentis.	*Horat.*
egens	Huius egens tellus ante coloris erat.	*Ouid.*
egenus	—ſupplex in rebus egenis.	*Virg.*
	Quamuis largus opum ſemper egenus ero.	*Maxim.*
egere	Acceſſas & egere vetes,& ſcribere cogas.	*Horat.*

Has

egeret	Has ego Dardanio iuueni cum classis egeret.	*Virg.*
eges	Si plausoris eges aulæa manentis,& vsque.	*Horat.*
eget	Mancipiis locuples eget æris Cappadocum Rex.	*idem*
egestas	—duris vrgens in rebus egestas.	*Virg.*
egeria Sulpitia	Et comite Egeria ridemus inania cœpta.	
egeria mulier	Proh pudor Hersiliæ ciuis & Egeriæ.	*Mart.*
egi	Non erit emisso reditus tibi,quid miser egi.	*Horat.*
	Stulte quid egisti,non hic tua perdidit vxor.	*Mart.*
egerim	Egerit hos annos & semper paulum erit vltra.	*Pers.*
egerunt	Curua nec assuetos egerunt flumina cursus.	*Tibull.*
egimus	Egimus,huius enim flat cursus aheneus alti.	*Iuuen.*
egit	Et quocunque Deus circum caput egit honestum.	*Virg.*
egere	Non vlli pastor illis egere diebus.	*idem*
egnatius	Quare mouendus es mihi bone Egnati.*Scaz.*	*Catull.*
egero à gero	Expletur lacrymis egeriturque dolor.	*Ouid.*
egeries	Siue per egeriem,qua sese animalia purgant.	*Paulin.*
ego	Ille ego qui quondam.	*Virg.*
	In diris. Ausus ego primus castos violare pudores.	*idem*
	Sicut ego solus me quoque pauperior.	*Auson.*
egomet	Vidi egomet , duo de numero quum corpora nostro.	*Virg.*
egone	Egone vt parentis sanguine aspersam manũ.*Iamb.*	*Senec.*
egredior	Egredere ô quicunque es,ait.	*Virg.*
egredere	Egredere,purga regna,Lethales simul.*Iamb.*	*Senec.*
egreditur	Egreditur,ferroque manus armata bidenti.	*Virg.*
egregius	—tantum egregio decus enitet ore.	*idem*
egregias	Adde tot egregias vrbes,operumque laborem.	*idem*
egregiis	Stabat in egregiis Arcentis filius armis.	*idem*
egregios	Egregios equites,& castra domestica quid ni.	*Iuuenal.*
ehem	Ehem illuc est patrem esse, vt equũ est filio. *Iamb.*	*Plaut.*
eheu	Eheu quid volui misero mihi.	*Virg.*
eho	Eho quid agis? tuon'arbitratu? meo hercle vero, atque haud tuo.	*Plaut.*
	Eho tu,eho tu quin cauisti;ne eam videret verbero.	*idem*
ehodum	Ehodum , ego istunc hominem nunquam audiui ante hunc diem.	*idem*
ei datiu.ab is	Etipere ei noli multò quod carius illi.	*Catull.*
ei datiu. eiusd.	Et manibus nitidum teneris opus effluit ei.	*Lucret.*
eia	Eia,age rumpe moras.	*Virg.*
	Eia eia,tuo ex ingenio mores alienos probas.*Troch.*	*Plaut.*
	Ipsum istuc mihi in hoc est,etiam ne parum leno fies.	*Terent.*
eiaculatus	Dumque repentinas eiaculatus aquas.	*Ouid.*
eiaculor	Eiaculatur aquas atque ictibus aëra rumpit.	*idem*
eiero as	*Vide Peiero.*	
eiicitur	Turpius eiicitur,quam non admittitur hospes.	*Ouid.*
eiiceret	Mitteret ad se intro,sed magis eiiceret.	*Qu.Catull.*
eieci præt.	*Vide eiicio & deiecit.*	
eiectus	Si quibus eiectus syluis aut vrbibus errat.	*Virg.*
eiicio	Eiicit enim sulci recta ratione viaque.	*Lucret.*
eiulatio	Et illa non virilis eiulatio.*Iamb.purus.*	*Horat.*

Eiulatus	Hunc eiulatum quem gemis,cuncti gemunt. *Iamb.*	*Senec.*
Eiuro	*Vide Iurare.*	
Eius	Scilicet vni æquus virtuti atque eius amicis.	*Horat.*
Elabi	Scilicet elabi si posset mortua credo.	*idem*
Elabere	Elabere anima denique hoc vnum mihi. *Iamb.*	*Senec.*
Elabitur	Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis.	*Virg.*
Elais	Vrbs Iope,sterilisque dehinc habitatur Elais.	*Auien.*
Elaida	Hi muros Iopes Gazan quoque Elaida complent.	*Prisc.*
Elapsus	—telis elapsus Achiuum.	*Virg.*
Elaboro	Dulcem elaborarunt saporem. *Iamb. cum syll.*	*Horat.*
Elaboratus	Non elaboratum ad pedem *Iamb.*	*idem*
Elangueo	—dubiisque elanguit alis.	*Valer.*
Elani	Et tangit vergens orientem versus Elanos.	*Prisc.*
Elaqueo	Elaqueanda animi constantia,ne retinaclis.	*Prud.*
Elargior	Quantum elargiri deceat,quem te Deus esse.	*Pers.*
Elateius	Inque cruentatus Ceneus Elateius ictu.	*Ouid.*
Elatro	Acriter elatrem,pretium ætas altera sordet.	*Horat.*
Elatus	Contra elata mari respondet Gnosia tellus.	*Virg.*
Elauo	*Vide Lauo.*	
Elaui præter.	Nam in mari repperi,hic elaui me bonis.	*Plaut.*
Eleazar	Recubabit vbi est Eleazar. *Parthen.*	*Prud.*
	Et blandus digiti rore Eleazar alit. *Pentam.*	*Paulinus*
Electrum gummi	Pingua corticibus sudent electra myricæ.	*Virg.*
	Coralio fragili & lacrymoso miscuit electro.	*idem*
Electrum metallum.	Quod fieri ferro,liquidoque potestur electro.	*idem*
	Vera minus flauo radiant electra metallo.	*Mart.*
Electra regina	Nec sic Electra saluum eum aspexit Orestem.	*Prop.*
Elect. nympha	Maian & Electram Taygetamque Ioui.	*Ouid.*
Electrides	*Vide Electrum & Atlantides.*	
Electrifer	Et Padus electriferis admoduletur alnis. *Choriamb.*	*Claud.*
Electus	In necis electu parua futura mora est.	*Ouid.*
Electilis	Vino & victu piscatu probo electili.	*Plaut.*
Eleemosyna	*Græcè* ἐλεημοσύνη *Vide Mnemosyne.*	
	Imminuit retinens, quas sola eleemosyna seruat. *Iamb*	*Alcim.*
Elegans	Nec sane nimis elegante lingua *Phal.*	*Catull.*
Elegantiæ	Nunquam vnius me comparaui seruitie elegantiæ. *Iamb*	*Turpill.*
Elegeia	Blanda pharetratos elegeia cantat amores.	*Ouid.*
Elegia	Quas inter multum petulans elegia propinquat.	*Stat.*
Elegos	Hic elegos impune diem consumpserit ingens.	*Iuuen.*
Elegidion	—non si qua elegidia crudi Dictarunt proceres.	*Pers.*
Eleides	Nunc feror vt Bacchi furiis Eleides actæ.	*Ouid.*
Eleleus	Nyctelius que Eleleus que parens & Iacchus & Euan.	*idem*
Elelisphacus	Prorinus ex multa potanda Elelisphacus herba est.	*Seren.*
Elementum	Hoc quoque te manet vt pueros elementa docentem.	*Horat.*
Elementorum	Mos elementorum cedit,regnique futuri.	*Sidon.*
Elencus	Auribus extensis magnos commisit elencos.	*Iuuenal.*
Elephantus	In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto.	*Virg.*
Elephantidus	Nec molles elephantidos libelli. *Phal.*	*Mart.*
Elephas	Siue elephas albus vulgi conuerteret ora.	*Horat.*

Elephantinus. Ἐλεφάντινον μέλαθρα. Vel Anacr.
Ἐλεφάντινος τράχηλος Id.

Elephantis	Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos.	*Priscia.*
Eleuo as	Neue inimica meas eleuet aura preces.	*Prop.*
Eleuor	Hoc ego quo tibi nunc eleuor ingenio.	*idem*
Eleus adiect.	Hic vel ad Elei metas & maxima campi.	*Virg.*
Eleusis	Longas Eleusi tacita iactabo faces. *Iamb.*	*Senec.*
Eleusinus	Tardaque Eleusinæ matris voluentia plaustra.	*Virg.*
paratonius	Vsque Paratonias Eoa ad littora Syrtes.	*Lucret.*
parallelus	Vide *Parasitus & scribitur,* παράλληλος.	

paralyticus	Iussus post multos graditur paralyticus annos.	*Claud.*
paranymphus	Angelus inde tuos repetit paranymphus honores.	*Fortun.*
parasanga	Vide *Parasita.*	
parasita	Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ.	*Horat.*
parasitus	Nullus iam parasitus erit, sed quis feret istas.	*Iuuenal.*
parasitor	Vides ridiculos nihil fieri, atque ipsos parasitarier.	*Plaut.*
parasitatio	Nequiter pene expediuit prima parasitatio.	*Plaut.*
parcarum	Parcarumque dies & vis inimica propinquat.	*Virg.*
parcere	Parcere subiectis, & debellare superbos.	*idem*
parceret	Parceret hospitibus quondam socerisque vocatis.	*idem*
parcis	Parcis, & in tenues humilem te colligis vmbras.	*Prop.*
parcimus	Nec mortem horremus, nec diuum parcimus vlli.	*Virg.*
parcite	Parcite, ab vrbe venit, iā parcite carmina, Daphnis.	*idem*
parcitatem	Ieiuniorum parcitatem sobriam. *Iamb.*	*Prud.*
parcetur	Nec tibi parcetur misero trepidúque magistrum.	*Iuuenal.*
parcus	Tanquam parcus homo & rerum tutela suarum.	*Iuuen.*
parcius	Parcius ista viris tamen obiicienda memento.	*Virg.*
parens	Quod tu cura parens domito te poscit Olympo.	*idem*
parentis	Iura parentis habes, propter me scriberis heres.	*Iuuen.*
parentibus	Indiscreta suis, gratus parentibus error.	*Virg.*
parentium	Dos est magna parentium. *Spond. Dactyl.*	*Horat.*
parento as	Annua solenni cæde parentat auis.	*Ouid.*
parentalis	Fama parentalis si vos mea contigit vmbras.	*idem*
pareo es	Paret Amor dictis caræ genitricis, & alas.	*Virg.*
parebit	Parebit praui docilis Romana iuuentus.	*Horat.*
paremus	Sic ait, & cuncti dictis paremus ouantes.	*Virg.*
parere	Tu maior, tibi me est æquum parere Menalca.	*idem*
parerent	Vt quamuis auidis parerent arua colono.	*idem*
parergum	Vide *Parasita.*	
pario is	Terra parit fruges.	*Lucret.*
pariendus	Quo pariendus erat, tristes tunc edita nolunt.	*Alcim.*
pariturus	Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.	*Ouid.*
peperi præt.	Insontes peperere manu lucemque perosi.	*Virg.*
parturio	Parturit almus ager.	*idem*
parricida	Telegoni iuga parricidæ. *Dactyl. Troch.*	*Horat.*
	Ter parricida factus, ignouit tamen *Iamb.*	*Senec.*
parricidalis	Armat deinde parricidalem manum. *Iamb.*	*Prud.*
paries	Quam fixam paries illos seruabat in vsus.	*Virg.*
	Barbiton hic paries habebit.	*Horat.*
parietibus	Hærent parietibus scalæ, postésque sub ipsos.	*Virg.*
pariles	Ad pariles agor euentus, fit pœna merenti.	*idem*
parilia	Et madidus Baccho sua festa Palilia pastor.	*Tibull.*
parilibus	Sæpe cadit festis deuota Parilibus agna.	*Calphur.*
parilis	Concharumque genus parili ratione videmus.	*Lucret.*
pariter	Infindunt pariter sulcos.	*Virg.*
pariter	Cerno iugales pariter & miror meos. *Iamb.*	*Senec.*
pari vocat.	Arma gerant alij tu Pari semper ama.	*Ouid.*
paris	Quin idem Veneri partus suus & Paris alter.	*Virg.*
paridis	Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ.	*idem*
paridis	Hem Paridis hostem, nunc nouum vulnus gerens.	*Senec.*
parisiacus	Ipse Parisiaca properat Dionysius vrbe.	*Fortun.*
paros	Olearon, niueamque Paron sparsasque per æquor.	*Virg.*

Hæret

parius	Hæret vt è Pario formatum marmore signum.	*Ouid.*
parnasus	Nomine Parnasus, superatque cacumine nubes.	*idem*
parnasius	Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes.	*Virg.*
paro as	Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.	*idem*
parabilis	Nō ego nāque parabilem amo venerē facilēque.	*Horat.*
para imp.	Magna para, longamque fugæ ne linque laborem.	*Virg.*
parabat	His commota fugam Dido sociosque parabat.	*idem*
parabitur	Maximus Agricolis pelagoque parabitur imber.	*idem*
parantur	Bella mihi video, bella parantur ait.	*Ouid.*
pararet	Amphitryoniades armenta arbitrumque pararet.	*Virg.*
parari	Iamque dies infanda aderat, mihi sacra parari.	*Virg.*
pararit	Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.	*idem*
paras	Ventorū est quodcunque paras, haud vlla carina.	*Prop.*
parat	Magna viri merces, parat vltima terra triumphos.	*Prop.*
paratus adiect.	Ad freta Sicaniæ saltem sedésque paratas.	*Virg.*
paratus subst.	—Tyrios induta paratus.	*idem*
paraui	Sacra Ioui Stygio quæ rite incepta paraui.	*idem*
parauero	Ditauit haud parauero. *Iamb.*	*Horat.*
parauerat	Compos sed istud apius parauerat. *Iamb.*	*Sidon.*
paretur	Ante locum similem exquirūt, vbi prima paretur.	*Virg.*
parmula	Sensi relicta non bene parmula. *Alcaic.*	*Horat.*
parochus	Tum parochi faciem nil sic metuentis vt acres.	*idem*
parœcus	*Vide parochus.*	
paropsis	—Quàm multa magnáque paropside cœnat.	*Iuuen.*
parpaneus	Parpanei montis sub celsa rupe Arienos.	*Prisc.*
parrhasis	Parrhasis erubuit, cunctæ velamina ponunt.	*Ouid.*
parrhasius	Parrhasio dictam Panos de more Lycæi.	*Virg.*
parsimonia	Adesto castis Christe parsimoniis. *Iamb.*	*Prud.*
pars tis	Et certum vigilans quartæ sit pars vt Vlysses.	*Horat.*
partes	Hic locus est partes vbi se via findit in ambas.	*Virg.*
partibus	Partibus æquabat iustis aut sorte trahebat.	*idem*
particeps	Quare participem lethi quoque conuenit esse.	*Lucret.*
participantur	Ossaque vti dentes quoque sensu participentur.	*idem*
participatus	Participata leuet fraternum sarcina pondus.	*Alcim.*
participatu	Vitam agerent dignam summorum participatu.	*Prosp.*
participauerit	Participauerit de amica heri vidisse sese eam.	*Plaut.*
particula	Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.	*Horat.*
particulas	Frustra & particulas vt multis mortuus vnus.	*Iuuen.*
particulatim	Lumina qui linquunt moribundi particulatim.	*Lucret.*
partitur	Hinc portum petit & socios partitur in omnes.	*Virg.*
partitus	Per tria partitos qui dabit ora sonos.	*Prop.*
partita	Partita fines, regna constituit nouas. *Iamb.*	*Senec.*
partitudo	Probrum propinqua partitudo cui appetit. *Iamb. purus.*	*Plaut.*
partoribus	Vt ne ante parta demus post partoribus. *Iamb.*	*Plaut.*
parthenice	Alba Parthenice velut.	*Catull.*
parthenius mōs	Nam modo Partheniis amens errabat in antris.	*Prop.*
parthenius fl.	Partheniusque rapax & voluens saxa Cynapses.	*Ouid.*
parthenianus	Partheniana fuit quondam memorabile vatis.	*Mart.*
parthenope	Parthenope studiis florentem ignobilis oti.	*Virg.*
parthenopæus	Tam iuuenis quàm nec Parthenopæus erat.	*Mart.*
parthicus	Ipse hic Parthicus Arsaces precatus. *Phal.*	*Sidon.*

Parthorum	Lydia, nec populi Parthorũ aut Medus Hydaspes.	*Virg.*
parturit	Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.	*idem*
parturiente	Parturiente salo, diuini germinis æstu.	*Solin.*
parturient	Parturient montes, nascetur ridiculus mus	*Horat.*
partus	Tanti partus equæ, quanta ipsa venefica constat.	*Iuuen.*
partubus	Per liberos te si vocata partubus. *Iamb.*	*Horat.*
partu	Eumenidesque satæ, tum partu terra nefando.	*Virg.*
parum	Naso parum prudens artem dum tractat amandi.	*Ouid.*
parumper	His dictis curæ emotæ pulsusque parumper Cor- de dolor.	*Virg.*
parus	Parus enim quamuis per noctem tinniat omnem.	*Ouid.*
parumper	Parumper ante verba patienti excipe. *Iamb.*	*Senec.*
paruus	Sæpe oculos memini tingebam paruus oliuo.	*Pers.*
paruis	Fundabit Curibus paruis & paupere terra.	*Virg.*
paruos	Coniugis & possit paruos educere natos.	*idem*
paruulus	Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula.	*idem*
pasargada	Prima parte Sabæ, meliusque Pasargada post hũc.	*Pris.*
paschalia	Hæc firmos ad dona gradus Paschalia ducit.	*Sedul.*
pascha	Pascha suum dic die, cuius de sanguine festum.	*Prud.*
paschali	Paschali pecore & montano hirco atque salace.	*Lucil.*
pascat	Aruo pascat herum, an baccis opulentet oliuæ.	*Horat.*
pascaris	Poma dari quorum solo pascaris odore.	*Iuuen.*
pascere	Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.	*Virg.*
pasceris	Pasceris & nigræ solo nidore culinæ.	*Mart.*
pasces	Non hominem occidi, non pasces in cruce coruos.	*Horat.*
pascimus	Dura suburbani dum iugera pascimus agni.	*Mart.*
pascis	Mutatiue putas bellum, spes pascis inanes.	*Virg.*
pascit	Sic ait, atque animum pictura pascit inani.	*idem*
pascite	Pierides vitulam lectori pascite vestro.	*idem*
pascitur	A tergo & longum per valles pascitur agmen.	*idem*
pascuus	Quid tibi pastores Lybiæ, quid pascua versu.	*idem*
pasithea	Non hoc Pasithea blandarum prima sororum.	*Stat.*
pasiphae	Vobis cum Europe, nec proba Pasiphae.	*Propert.*
passeris	Vt vel continuo patuit, cum passeris atque.	*Horat.*
passeribus	Passeribusque subest modico venalibus asse.	*Prud.*
passerinus	Verumne currat Passerinus an tigris. *Scaz.*	*Mart.*
passus	Panaque qui primus calamos non passus inertes.	*Virg.*
passibilis	Passibilis ne Deus cuius species & imago.	*Prud.*
passionis	Dic trophæum passionis, dic triumphalem cru- cem. *Troch.*	*Prud.*
passurus	Quæ vix passuris vrentia iungito membris.	*Seren.*
passu	Quæ strepitum passu non faciente venit.	*Ouid.*
passus plur.	Proceros passus ideo fastigia posse.	*Lucret.*
passibus	Implicuit sequiturq; patrem non passibus æquis.	*Virg.*
pastinum	*Vide Crastinum.*	
pastor	Pastor ab Amphryso.	*idem*
pastore	Occiso pastore lupus magnove iuuenco.	*idem*
pastorem	Vellit & admonuit pastorem Tityre pingues.	*idem*
pastores	Pastores & ouem Canusinam, vlmosq; Falernos.	*Iuuen.*
pastoribus	Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis.	*Virg.*
pastoralis	Pastorale canit signum, cornuque recuruo.	*idem*
pastoritius	*Vide Floralitius.*	

Pastorius	Illud tempus erat,quo te pastoria pellis.	*Ouid.*
pastomides	Pastomides huic ingentes de naribu' pendent.	*Lucil.*
patalene	Insula se vasto fundit tergo Patalene.	*Auien.*
patareus	Delius & Patareus Apollo.*Dactyl.Troch.*	*Horat.*
patarea	Phœbe pares seu te Lyciæ Patarea niuosis.	*Stat.*
pataraides	Terminus hic cautes Pataraidis eminet arcis.	*Auien.*
patauium	Hic tamen ille vrbem Pataui sedesque locauit.	*Virg.*
patauinus	Vellera cum sumant Patauinæ multa trilices.	*Mart.*
patefacit	Patefacite acerba cæde funestam domum.*Iamb.*	*Virg.*
patefactus	Laxat claustra Simon illos patefactus ad auras.	*idem*
patefactis	Læta patefactis incidere carmina fagis.	*Calphur.*
patefecit	Ille meos somno lassos patefecit ocellos.	*Prop.*
patefio	Caussa patefiet,quæ ferri pelliciet vim.	*Lucr.*
	Nec flenti dominæ patefiant nocte fenestræ.	*Propert.*
patella	Nec modica cœnare times olus omne patella.	*Horat.*
patens	Cæduntur vigiles portisque patentibus omnes.	*Virg.*
paterent	Nudo stragula ne toro paterent.*Phal.*	*Mart.*
pateret	Omnibus vt natis triste pateret iter.	*idem*
pateo es	Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.	*Virg.*
patesco	Tum vero manifesta fides Danaumque patescunt Insidiæ.	*idem*
patescunt	Hæc igitur latis diffusa patescit in arui.	*Prisc.*
patuit	Cum patuit vna pellici & nuptæ domus.*Iamb.*	*Senec.*
patuere	Sponte Deum patuere,cui freta nulla repostos.	*Alcim.*
patulæ	Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.	*Virg.*
patulas	Obturem patulas impune legentibus aures.	*Horat.*
patulis	Alludit patulis arbor hiatibus.*Choriamb.*	*Senec.*
patulos	Huius dum patulos alludens tentat hiatus.	*Mart.*
patuleius	Nomina ridebis modo namque Patuleius idem.	*Ouid.*
pater	Est mihi namque domi pater , est iniusta nouerca.	*Virg.*
	— fer sacra pater & concipe fœdus.	*Virg.*
patres	Hos pueris monitus patres infundere lippos.	*Pers.*
patribus	Indicitque forum & patribus dat iura vocatis.	*Virg.*
patris	Et patris & nostras nonumque prematur in annũ.	*Horat.*
paternus	Natorumque dedit iura paterna trium.	*Mart.*
patriarcha	Nobilis & tali felix patriarcha nepote.	*Prud.*
patriæ	Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.	*Virg.*
patricida	Innocuas inter soboles genuit patricidam.	*Prud.*
	Quod patricidam pudeat in patrios toros.*Iamb*	*Senec.*
patricius	Vos ô patricius sanguis,quos viuere ius est.	*Pers.*
patricios	Patricios omnes opibus cum prouocet vnus.	*Iuuen.*
patricus	Tum patricam clementer inquit, non potest quin munerem.	*Plaut.*
patrice	Eia,atat cesso magnifice patriceque amiceque ita hero.	*idem*
patrimus	Concelebrãto choros,verũ hæc si patrima proles.	*Politian.*
patrimonium	Non propter vitam faciunt patrimonia quidam.	*Iuuen.*
patria	Patria maiestas dominatur,numina regnant.	*Helpid.*
patrias	Et patrias audite preces,si numina vestra.	*Virg.*
patrio	—patrio mucrone relicto.	*Virg.*
patriis	Cantabat patriis in montibus & cui non hanc.	*Iuuenal.*
patrios	Differt hoc,patrios optat,qui vincere census.	*Mart.*

patronus	Esse mihi pol me miserum patrone vocates.	*Horat.*
patruus	Dominatur illic patruus Alcidæ tui. *Iamb.*	*Senec.*
patruis	Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur.	*Iuuen.*
patruos	Efferat & patruos, an sit victuros adulter.	*idem*
patruelis	Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.	*Ouid.*
patera	Spumantem pateram, & se pleno proluit auro.	*Virg.*
pateras	Sanguinis & sacri pateras animamque sepulcro.	*Virg.*
pateris	Diffuso pateris & Laribus tuum. *Choriamb.*	*Horat.*
pathicus	Mamurræ Pathicoque Cæsarique. *Phal.*	*Catull.*
pathicissimus	Mulei pathicissimos libellos. *Phal.*	*Mart.*
patina	Debetur magnus patinæ subitusque Prometheus.	*Plaut.*
patinarius	Tantas struices concinnat patinarias. *Iamb.*	*Senec.*
patior	Seruitia ferre, patior hoc olim iugum. *Iamb.*	*Virg.*
paterer	Vt pro me hostili paterer succedere dextræ.	*Virg.*
patereris	Cui pendere sua patereris in arbore poma.	*Mart.*
pateris	Tres pateris natos Gallia perire fame.	*Senec.*
patiar	An patiar vltro sanguinem nostrum peti. *Iamb.*	*Virg.*
patiare	Corpus humo patiare tegi.	*Mart.*
patiaris	Iacturam patiaris hanc ferasque. *Phal.*	*Virg.*
pati	Morte pati, nec me indecorem germana videbis.	*Senec.*
patitur	Quod quisque fecit, patitur auctorem scelus *Iamb.*	*Proper.*
patiemur	Fortiter & ferrum, sæuos patiemur & ignes.	*Mart.*
patiere	Heu quantos æstus, quantos patiere labores.	*Virg.*
patieris	Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.	*idem*
patietur	Non rastros patietur humus, non vinea falcem.	*idem*
patimur	Quisque suos patimur manes.	*idem*
paterentur	Me si fata meis paterentur ducere vitam.	*Senec.*
paterer	Qui paterer aliud, si felicem fidem. *Iamb.*	*idem*
pateris	Seruire Graio pateris Andromachen iugo. *Iamb.*	*Prop.*
patiendus	Si mulier patienda fuit, cape Roma triumphum.	*idem*
patiente	Te patiente meæ conflauit imaginis aurum.	*Horat.*
patientis	Haud male Telemachus proles patientis Vlyssei.	*Horat.*
patientia	Contra quem duplici panno patientia velat.	*Prop.*
patientior	Sic licet & saxo, patientior illa Sicano.	*Mart.*
patientor	Ignoscat coniux & patienter amet.	*Pet. Arb.*
patiuntur	Descendunt rupes, & se patiuntur adiri.	*Prud.*
patibulum	Gens illa nostra est, non patibulū ascēdimus. *Iam*	*Fortun.* 2.
patibulum	Suspensus est patibulo *Iamb.* 2.	~~*Plaut.*~~
patibulatus	Ira te forabunt patibulatum per vias. *Iamb.*	~~*Ouid.*~~ *Plaut.*
patra vrbs	Nessenque ferox Patræque humilesque Cleone.	*Ouid.*
patritus	*Vide Auitus*	*Lucret.*
patro as	Quod facere intendunt, nec adhuc conata patrantur.	*Mart.*
patrobas	Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum.	*Turpill.*
patrocinor	Patrocinantem vbi factam audierit saucius	*Ouid.*
patrocinium	Difficilis caussæ mitte patrocinium.	*Prop.*
patroclus	Viderat informem multa Patroclon arena.	*Mart.*
patroclianus	Sellas ante petit Patroclianas. *Phal.*	*Horat.*
patronus	Cuius fortunæ, quo sit patre quove patrono.	*Sidon.*
patronorum	Quos patronorum reliquos probaui. *Sapph.*	*Plaut.*
pauculus	Vi dicis em, volo te verbis pauculis. *Iamb.*	*idem*
pauciloquus	Multiloquium, pauciloquium, hoc ideo fit, quia.	

paucis	Confieri possit paucis aduerte docebo.	*Virg.*
paucorum	Paucorum & segetis certa fides meæ. *Choriamb.*	*Horat.*
paueo es	*Vide subsequentia.*	
paueas	Quæres quando iterum paueas, iterumque perire.	*Horat.*
paueat	Quod mœstus Acheron paueat, ad cuius metum. *Iamb.*	*Senec.*
pauefactus	Pauefactus infans igneo vultu patris. *Iamb.*	*idem*
	Ast ego vicino pauefacta sub æquore mergo.	*Ouid.*
pauet	Decidit assumptamque dolo tãdem pauet escam.	*Ouid.*
pauendus	Romano spectante rapi, sit quisque pauendo.	*Lucan.*
pauere	Nunquam pauere destiti, atque ipsum mei. *Iamb.*	*Senec.*
pauidus	Non pauidus hausi dicta, sed cepi nefas. *Iamb.*	*idem*
	Stant pauidæ in muris matres.	*Virg.*
pauito	Vix adeo agnouit pauitantem & dira tegentem.	*idem*
pauor	Per gentes humilis stratir pauor ille flagranti.	*Lug.*
pauore	Pauore somnos auferam. *Iamb.*	*Horat.*
paui à pasco	Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.	*Virg.*
pauere	De pecorum pauere greges formosus Apollo.	*Nemes.*
pauio is	*Vide Pauimentum.*	
pauimentum	Verre pauimentum & nitidas ostende columnas.	*Iuuenal.*
paulinus	Currit ad Europen & te Pauline tuosque.	*Mart.*
paululus	Pacisci cum illo paulula pecunia. *Iamb.*	*Plaut.*
pauus	Pauaque de pauo constitit ante oculos.	*Auson.*
paua		
pauonis	—& crudum pauonem in balnea porras.	*Iuuen.*
paulatim	Deterior donec paulatim & decolor ætas.	*Virg.*
pauper	Pauper in arma pater primis hunc misit ab annis.	*idem*
pauperculus	Sed tamen quomodocunque quanquam sumus pauperculi.	*Plaut.*
paupere	Fundabit Curibus paruis & paupere terra.	*Virg.*
pauperis	Pauperis & tugurii congestum cespite culmen.	*idem*
pauperibus	Pauperibus sacris vilia thura damus.	*Prop.*
pauperior	Pauperiore mero tingere lina potes.	*Mart.*
pauperies	Nunc & pauperiem & duros perferre labores.	*Virg.*
pauperrimus	Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.	*Horat.*
paupero as	Cõtemptum cassa nuce pauperet, hæc mea cura est.	*idem*
paupertas	Paupertas atque æris inops, qui nocte dieque.	*Iuuen.*
paupertate	Contracta quem non in paupertate solutum.	*Horat.*
paupertinus	Et paupertinis ad bella coegerat armis.	*Prud.*
pausiacus	Vel cum Pausiaca torpes insane tabella.	*Horat.*
pectebat	Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.	*Virg.*
pectinibus	Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.	*Horat.*
pectine	Arguto tenues percurrit pectine telas.	*Virg.*
pectus	Neue cubet laxo pectus aperta sinu.	*Tibull.*
pectoribus	Pectoribus inhians spirantia consulit exta.	*Virg.*
pectoris	Ille parum cauti pectoris egit opus.	*Prop.*
pecu	Non vides me referre vuidum rete sine squamoso pecu.	*Plaut.*
pecua	Iumenta pecua subiugales belluas. *Iamb.*	*Prud.*
pecualis	Reddidit humanas animal pecuale loquelas.	*Sedul.*
pecuarium	Findor vt Arcadiæ pecuaria rudere credas.	*Pers.*
pecubus	Pestilitas etiam pecudibus balantibus ægror.	*Lucret.*

peccat	Vt scriptor si peccat idem librarius vsque.	*Horat.*
peccamina	Contra naturam genitas peccamina erebra.	*Prud.*
peccare	Sed perisse semel satis est, peccare fuisset.	*Virg.*
peccatores	Nonne pater dæmon vos increpo peccatores.	*Prud.*
peccatum	Atque vbi peccatum regnauerat, aurea templi.	*Prud.*
peccata	Italiam periere luant peccata, neque illos.	*Virg.*
peccatis	Noctem peccatis & fraudibus obiice nubem.	*Horat.*
peccatur	Iliacos intra muros peccatur, & extra.	*idem*
peccator	Det peccatori veniam peccator & æqua.	*Prosp.*
peccatoribus	Expers peccati pro peccatoribus amplum.	*Sidon.*
peccaturus	Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.	*Iuuenal.*
peccauero	Ignoscent si quid peccauero stultus, amici.	*Horat.*
pecces	Si studio nostri pecces, odiumque libellis.	*idem*
pecu ia	Cogimur & cultis augere peculia seruis.	*Iuuen.*
peculij	Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.	*Virg.*
peculiaris	Solus luce nitet peculiari. *Phal.*	*Mart.*
peculatus	Perfidiosus est amor, ergo in me peculatum facit.	*Plaut.*
peculiabo	Scelus tu pueri es, & ob istam rem ego aliquid te peculiabo.	*idem*
peculiosus	Peculiosum eum esse decet seruum & probũ. *Iamb.*	*idem*
pecunia	Et genus & formam regina pecunia donat.	*Horat.*
pecuniosus	Artes discere vult pecuniosas. *Phal.*	*Mart.*
pecude	Sed sacer in pecude stultrum est, si credere factum.	*Prud.*
pecudes	O pecudes, ô panes & ô gratissima tempe.	*Virg.*
	— & pecudum custodia solers.	*idem*
pecudis	Spoliumque Colchi pecudis auratæ tenent. *Iamb.*	*Senec.*
pecuscula	Christus adhæc, foueam si forte pecuscula vestra.	*Iuuen.*
pecus oris	Dic mihi Damæta, cuium pecus, an Melibœi.	*Virg.*
	Lenta salix fœto peeori mihi solus Amyntas.	*idem*
pecorum	Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi.	*idem*
pecorarius	*Vide Pecora & Aquarius.*	
pecorinus	*Vide Pecora & Equinus.*	
pecorosus	Cui fœtura gregem pecoroso vere nouauit.	*Stat.*
pedo vir	Qua Pedo, qua Marsus, quaque Catullus erit.	*Horat.*
pedonis	Disce quod ignoras, Marsi doctique Pedonis.	*idem*
pedo verbum	Quam quod me coram pedere Crispe soles.	*idem*
pepedi præt.	Nam diplosa sonet, quantum vesica pepedi.	*Horat.*
pedor oris	Horrida pedore & pannis cooperta perire.	*Lucret.*
pedes plur.	Nil calet hic, summosque pedes attinge manusque.	*Pers.*
pes	Quæ nunquam supra pes inimicus eat.	*Prop.*
pedibus	— & pedibus qui spargat arenam.	*Virg.*
	Orbemque nostris pedibus obuersum colat. *Iamb.*	*Senec.*
pedes itis	Seu campo pedes ire paras.	*Stat.*
peditum	Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis.	*Virg.*
pedalis	*Vide Pespedis & Gregalis.*	
pedamentum	*Vide Pedalis.*	
pedaneus	*Vide Pedes & Miscellaneus.*	
pedanus	Quid nunc te dicam facere in regione Pedana.	*Horat.*
pedarius	*Vide Pedes & Aduersarius.*	
pedatim	*Vide idem & Paulatim.*	
pedatus	Et equidem hercle, nisi pedatu tertio omnes afflixero.	*Plaut.*

Nec

pede ablat.	Nec nudo suspensa pede strophioque recincta.	*Prud.*
pedecosus	Rus detrudetur pedecosus squalidus.*hexam.*	*Titin.*
pedester	Abnuit in liquidis ire pedester aquis.	*Mart.*
pedestribus	Densatur cuneis turba pedestribus.*Choriamb.*	*Prud.*
pedetentim	Paulatim docuit pedetentim progredientis.	*Lucret.*
pediacia	Iulius & fragilis Pediacia furque Voranus.	*Horat.*
pedica	Tum gruibus pedicas & retia ponere ceruis.	*Virg.*
pediculosus	Hinc menti dominus pediculosi.*Phal.*	*Mart.*
pedissequus	Honesta & liberali,accedo ad pedissequas.	*Terent.*
peditatus	At peditatus reliquiæ erant,si viuerent.*Iamb.*	*Plaut.*
pedius	Fur es ait Pedio,Pedius quid?crimina rasis.	*Pers.*
pedum	Aut tu sume pedum,quod meecum ferre rogaret.	*Virg.*
pega	Hic erat Arganti Pegæ sub vertice montis.	*Prop.*
pegasus	Ante alios quantum Pegasus ibat equus.	*Ouid.*
pegaseus	Non si pegaseo ferar volatu.*Phal.*	*Catull.*
pegaseius	Cantare credas pegaseium melos.*Scaz.*	*Pers.*
pegasides	At mihi pegasides blandissima carmina dictant.	*Ouid.*
pegasis	Tu fueris musis pegasis vnda meis.	*Mart.*
peior	Ætas parentum peior auis tulit.*Alcaic.*	*Horat.*
peiora	O fortes peioraque passi.*Spond.Dactyl.*	*idem*
peioribus	Mutius,indignum,quod sit peioribus ortus.	*idem*
peius	Alter Mileti textam cane peius & angui.	*idem*
peierat	Peierat hyberni temporis esse moras.	*Prop.*
peieratus	Vlla si iuris tibi peierati.*Sapph.*	*Horat.*
pelagus	—pelagi tot tempestatibus actus.	*Virg.*
	Annos moratur,pelagus an terras premit.	*Senec.*
pelagianus	Quid prodest verbis commentum Pelagianum.	*Prosper.*
pelamydes	—siccus petasunculus & vas pelamidũ aut veteres.	*Iuuen.*
	Πηλαμύδες γόγγεῖτε, κ᾽ ὃν καλέουσιν ὄλισθον.	*Opp.*
pelasgus	Dixerat ille dolis instructus & arte pelasga.	*Virg.*
pelates	Cinyphius Pelates,tentanti dextera fixa est.	*Ouid.*
pelethronius	Frena Pelethronij Lapithæ,gyrosque dederunt.	*Virg.*
peleus	Quando ibi nec Peleus aderat,nec cærula mater.	*Proper.*
pelea accus.	Semifer Æmonium vincebat Pelea Chiron.	*Stat.*
peleos	Peleos & Priami transit vel Nestoris ætas.	*Mart.*
pelias dis	Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.	*Ouid.*
pelides	Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus.	*Ouid.*
peliacus	Peliaco quondam prognatæ vertice pinus.	*Catull.*
	Peliacus axis pondere Hectoreo tremens.*Iamb.*	*Senec.*
pelias vir	Æmoniam primis Pelias frenabat ab annis.	*Val.*
pelian	Tendereque tremulũ Pelian Hecubæq; maritum.	*Mart.*
pelicanus	κόγχλω δὲ πέλεκαν ἐμβαλὼν τοῖς ἐγκάτοις. *Iamb.*	*Philostr.*
pelignus	Pelignæ gentis gloria dicar ego.	*Ouid.*
pelignas	Quid proderit ditasse Pelignas anus.*Iamb.*	*Horat.*
pelina	Tumque Chios patulæ prospectans arua Pelinæ.	*Auien.*
pelion mons	Pelion Æmoniæ mons est obuersus in austros.	*Ouid.*
	Ossaque cum Pelio cumque Hemo cesserit Othry.	*Sil.*
pelio dat.	Ter sunt conati imponere Pelio Ossan.	*Virg.*
pellæus	Nam quæ Pellæi gens fortunata Canopi.	*idem*
pellacia	Nec poterat quemquam placidi pellacia Ponti.	*Lucret.*
pellax cis	Gessimus,inuidia postquam pellacis Vlyssis.	*Virg.*
pellice	Nec vir Pieria pellice saucius. *Chor.*	*Horat.*

Quid

pellicibus	Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris.	*Mart.*
pellicio cis	Subdola pellicere in fraudem ridentibus vndis.	*Lucret.*
pellicula	Nunc in pellicula cerdo tenere tua.	*Mart.*
pellis	Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.	*Virg.*
pellibus	Pampineasque gerunt incinctæ pellibus hastas.	*Virg.*
pelliceus	*Vide Iliceus.*	
pellitis	Dulce pellitis ouibus Galesi. *Sapph.*	*Horat.*
pellitos	Pellitos habuit rustica corda patres.	*Prop.*
pello is		
pellite	Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas.	*Horat.*
pellere	Et patrio insontes Harpyias pellere regno.	*Virg.*
pellebat	Pellebat, donec minor in certamine longo.	*Horat.*
pellimur	Pellimur, eiectas vltimus orbis habet.	*Ouid.*
pelluceo es	Sic tua suppositis pellucent præla lucernis.	*Mart.*
pellucidus	Puraque magis pellucida gemma. *Hex.*	*Ouid.*
pellucidulus	Aut pellucidulis deliciis lapidis.	*Catull.*
pelluuium	*Vide Diluuium.*	
pelops	Humeroque Pelops insignis eburno. *Hex.*	*Virg.*
pelopis	Vtrumque geminum, Pelopis hinc oras tui. *Iamb.*	*Senec.*
pelopeus	Præfectus Pelopea facit philomela tribunos.	*Iuuen.*
peloponnesus	In Peloponneso, quas exitus hic animai.	*Lucret.*
peloris	Murice Baiano melior Lucrina Peloris.	*Horat.*
pelorida	Et fatuam summa cœnare Pelorida mensa.	*Mart.*
pelorus	Aspicit Ausoniam Boreæque Pelorus ad axes.	*Prisc.*
pelori	— angusti claustra Pelori. *Fin. hexam.*	*Virg.*
peltatus	Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo.	*Mart.*
peluis	Peluis olet, nam sic tanquam alta in dolia longus.	*Iuuen.*
pelusium	Castraque Pelusi Romano subruta ferro.	*Prop.*
pelusius	Accipe Niliacam Pelusia munera lentem.	*Mart.*
pelusiacus	Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.	*Virg.*
penates	Effigies sacræ Diuum Phrygiique penates.	*idem*
	Fugerent penates, & trium ferrum ducum. *Iamb.*	*Senec.*
penatibus	Quam dederis nostris Auguste penatibus vndam.	*Mart.*
penatiger	Hæc Helenam cecinisse Penatigero Æneæ.	*Ouid.*
pendeo es	Natrantis coniux pendet ab ore viri.	*idem*
pendebat	Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.	*Virg.*
pendebit	Incultisque rubens pendebit sentibus vua.	*idem*
pendentibus	Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum.	*idem*
pẽdere à pendeo	Cui pendere sua patereris in arbore poma.	*idem*
penderet	Penderet nexusque & culpas penderet orbis.	*Alcim.*
pendere à pẽdo	In foribus lethum Androgeo, tum pendere pœnas.	*Virg.*
pendes	Pro nihilo pendes? ecce inter pocula quærunt.	*Pers.*
pendetis futur.	Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas.	*Virg.*
pendulus	Copia, neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ.	*Horat.*
pene	Pene simul tecum solatia rapta Menalca.	*Virg.*
peneleos	Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram.	*idem*
penelope	Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysse.	*Ouid.*
penes	Me penes est vnum vasti custodia mundi.	*idem*
penetro as	— inque animum penetrant contagia morbi.	*Lucret.*
penetrabilis	— Boreæ penetrabile frigus adurat.	*Virg.*
penetrabitur	Non penetrabitur interior. *Dactyl.*	*Prud.*
penetral	Diuesque sacrum penetral abstrusi aui. *Iamb.*	*Auien.*

penetrali	At regina pyra penetrali in sede sub auras.	*Virg.*
penetralia	Apparent Priami & veterum penetralia regum.	*idem*
penetralis	Æternumque adytis effert penetralibus ignem.	*idem*
penetralior	Quare fulmineus multo penetralior ignis.	*Lucret.*
penetrare	Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus.	*Virg.*
penetrator	Traiector nebulæ, vasti & penetrator operti est.	*Prud.*
penetratur	Persicus inde sinus penetratur & Icaton offert.	*Prisc.*
penetratus	Possunt nec porro penitus penetrata retexi.	*Lucret.*
penetrauit	Arduus ascensu volucri penetrauit in alta.	*Paul. Episc.*
penetrauerit	Si verò incautas animal penetrauerit aures.	*Seren.*
penei dissyl.	Tristis Aristeius Penei genitoris ad vndam.	*Virg.*
peneus trissyl.	Consule Penei qualis perfunditur amne.	*Grat.*
peneos	Confestim Peneos adest, viridantia Tempe.	*Catull.*
peneius	Pastor Aristeus fugiens Peneia Tempe.	*Virgil.*
penis	Noverunt Mauri atque Indi, quæ psaltria penem.	*Iuuenal.*
penicillus	Ego iam hic te itidem, quasi penicillus nouus exsurgeti solet.	*Plaut.*
peniculus	Peniculi ciuis attingit vel fimbria porri.	*Serenus*
peniculamentū	Peniculamentum verè reprehendere noli.	*Lucil.*
peninsula	Peninsularum Sirmio insularumque. *Scaz.*	*Catull.*
penitus	—& caussas penitus tentare latentes.	*Virg.*
penius fl.	Huc Lycus, huc Sagarus, Peniusque, Hypanisque Cratesque.	*Ouid.*
penitus	Stat tollere omnem penitus Herculeam domum. *Iamb.*	*Senec.*
pennas	Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt.	*Virg.*
pennis	Dixit & in syluam pennis ablata refugit.	*Virg.*
pennatus	Interea pauidam volitans pennata per vrbem.	*idem*
penniferas	Flectis penniferos hederis bicoloribus armos.	*Sidon.*
penniger	Nec nos pennigeris pharetram impleuisse sagittis.	*Sil.*
pennipes	Non Lædas si ego pennipesve Perseus. *Phal.*	*Catull.*
pennipotens	Quadrupedū in membris & corpore pēnipotētum.	*Lucret.*
pensabis	Pensabis ictu, moreris, hoc patri sat est. *Iamb.*	*Senec.*
pensare	Tunc homines primæ pensare præmia vitæ.	*Tertull.*
pensauit	Pensauit digitis dinque mensa est. *Phal.*	*Mart.*
	Letho satis pensauit igniferas trabes. *Iamb.*	*Senec.*
pensilis	Sed pullo atque hœdo tum pensilis vna secundas.	*Horat.*
pensilibus	Pensilibus plumis atque illinc despiciet nos.	*Iuuen.*
pensione	Quas non retentas pensione pro bina. *Scaz.*	*Mart.*
pensis	Ah quoties famulam pensis onerauit iniquis.	*Propert.*
pentapolis	Et cùm pentapolim perfunderet igneus imber.	*Paul. Episc.*
penthesilea	Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet.	*Virg.*
pentheus	Eumenidū veluti demens videt agmina Pentheus.	*idem*
pentheos genit.	Pentheos in triplices funera grata greges.	*Prop.*
penthei genit.	Stellis honorem tectaque Penthei. *Alcaic.*	*Horat.*
pētheus adiect.	Pentheumque trahens, nondum te prendimus æquo Bacche genus.	*Stat.*
pentheius	Ipsa autem nato occisa Pentheia mater.	*Sidon.*
penula	Penula solstitio campestre niualibus auris.	*Horat.*
penulatus	Quod Alpha dixi Codre penulatorum. *Scaz.*	*Mart.*
penus	Cura penum struere, & flammis adolere penates.	*Virg.*
penarius	Vide *Penus & Aquarius.*	

penuria	Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.	*idem*
peparethum	Scyrus ibi late deorsum tumet ac Peparethum.	*Auien.*
peparethos	Attica pendens Peparethos ora.	*Senec.*
peplum	Exuitur nudata peplo discussa trahuntur.	*Prud.*
pependi	Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.	*Virg.*
peperci	Non tamen abstinuit, nec voci iræque pepercit.	*idem*
pepercerit	Quod nocturna tibi Leandre pepercerit vnda.	*Mart.*
peperit	Quid tale Iuno peperit ætherium genus. *Iamb.*	*Senec.*
peperere	Insontes peperere manu, lucemque perosi.	*Virg.*
pepigi	Bis senos pepigere dies. *Fin. hexam.*	*idem*
pepulit	Occidimus aures pepulit hymenæus meas. *Iamb.*	*Senec.*
pepulere	Munditiæ pepulere, sed in longum tamen æuum.	*Horat.*
pepon	ὦ πέπονες κάκ' ἐλέγχε' ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί.	*Hom.*
per	Transtra per & remos *Init. hexam.*	*Virg.*
	Vt cito testiculos peracuta falce secaret.	*Mart.*
	Mors fera per hominē miserum sibi subdidit orbē.	*Sedul.*
peractus	Vt pote res tenues, tenui sermone peractas.	*Horat.*
peracutus	Vt cito testiculos peracuto falce secaret.	*Mart.*
peræque	Puluinusque peræque & huc & illuc. *Phal.*	*Catull.*
perago	—vitreo peraguntur milite bella.	*Ouid.*
peragamus	Natalisque tui sic peragamus iter.	*Prop.*
perage	Et hoc cadauer perage mandatum patris. *Iamb.*	*Senec.*
peragendus	Dura tibi peragenda rei sic caussa Petilli.	*Horat.*
peragere	Timet peragere proh diem, infandum diem.	*Senec.*
peragro	Auia Pieridum peragro loca, nullius ante.	*Lucret.*
	—Libyæ deserta peragro. *Fin. hexam.*	*Virg.*
peragrabantur	Iam peragrabantur, si quis sinus abditus vltra.	*Pet. Arb.*
peragrati	Mens Cythæron, qua peragrati celer. *Iamb.*	*Senec.*
perambulo	Recte necne crocum, floresque perambulet Attæ.	*Horat.*
perambulabis	Perambulabis astra sidus aureum. *Iamb.*	*idem*
perannua	Annæ pomiferum nemus Perannæ. *Sapph.*	*Mart.*
perarate	Ite nunc fortes, perarate Pontum. *Sapph.*	*Senec.*
perbibat	Exstingue, totas perbibat flammas mei. *Iamb.*	*idem*
percaleo	Inde vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis.	*Lucret.*
percipio	Percipiant animi dociles, teneantque fideles.	*Horat.*
percipiendis	Sed summis etiam mentem aptam percipiendis.	*Prop.*
percepi	Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi.	*Virg.*
percitus	At pater omnipotens ira tum percitus acri.	*Lucret.*
percolo is	Tuum si percolos per pietatem, nolo ego cum improbis te viris.	*Plaut.*
percolo as	Percolatur vt in fouea fluat ac mansuescat.	*Lucret.*
percomis	*Vide Comis.*	
percontabere	Inter cuncta leges & percontabere doctos.	*Horat.*
percontabitur	Forte meum, si quis te percontabitur æuum.	*idem*
percontando	---dum percontando moraris.	*Auson.*
percontare	Vt placeat iuueni percontare atque cohorti.	*Horat.*
percontatorem	Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.	*idem*
percontaris	Hunc si percontaris, aui cur atque parentis.	*idem*
percoquo	Percoquere humorem & calido sociare vapori.	*Lucret.*
percosiua	Muneribus primas coniux Percosia vestes.	*Valer.*
percrebui	*Vid. Increbesco.*	
perculit	Perculit & fulua moribundum extendit arena.	*Virg.*

Tum

percupio	Tum quæ corpori sunt eius, quam percupis, ac vis.	*Lucret.*
percuriosus	*Vide Percuro & Frendosus.*	
percurro	*Vide Curro.*	
percussus	Permittas nulli grauis est percussus Achilles.	*Iuuen.*
percutio	Percutiat lapis aut ferrum. *Init. hexam.*	*Lucret.*
percutiebat	Quam pede suspenso percutiebat amor.	*Pedo.*
perdelirus	Quod facit hic idem perdelirum esse videtur.	*Lucret.*
perdat	Pingue caret culpa, nescit quid perdat & alto.	*Pers.*
perdis	Præsidium Ausoniæ & quantum tu perdis Iule.	*Virg.*
perdidit	Ibit eo, quo vis qui zonam perdidit inquit.	*Horat.*
perdiderant	Perdiderant iam vota metum.	*Mart.*
perdidimus	Perdidimus operam, congredi fas amplius. *Iamb.*	*Senec.*
perditur	Perditur hæc inter miseros, lux non sine votis.	*Horat.*
perdidici	At tua perdidicit, nec tu stultissime sentis.	*Tibull.*
perdifficilis	*Vide Difficilis:*	
perditio	Perditionis iter statuit, sensusque per omnes.	*Alcim.*
perdita	Perdita nec feræ meminit discedere nocti.	*Virg.*
perditus	Perditus in quadam tardis pallescere curis.	*Prop.*
perditior	Quanto perditior quisque est, tanto acrius viget.	*Horat.*
perdiues	*Vide Diues.*	
perdix cis	Seu fel perdicis parili cum pondere mellis.	*Seren.*
perdice	Tristis perspicua sit cum perdice tabanus.	*Eucher.*
perdoceo	Perdocuit multis non sine verberibus.	*Tibull.*
perdomui	Bis denas pariter perdomuisse feras.	*Mart.*
perdomitor	Mortis perdomitor salutis auctor *Phal.*	*Prud.*
perdomita	Perdomita tellus, tumida cesserunt freta. *Iamb.*	*Senec.*
perdomitus	Perdomitas, omnes redeant in castra triumphi.	*Lucan.*
perduco	Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem.	*Ouid.*
perducat	—probitas longum perducat in æuum.	*Ouid.*
perduraturus	Sola me in regem perduratura secundum.	*Stat.*
perduresco	*Vide Perduro.*	
peredit	Longa dies molli saxa peredit aqua.	*Tibull.*
peregit	Nondum lingua suum dextra peregit opus.	*Mart.*
peregerit	Tota salutatrix iam turba peregerit orbem.	*Iuuen.*
peregre	Cultaq; cũ peregre est animus sine corpore velox.	*Horat.*
peregrinor	*Vide Peregrinus.*	
peregrinus	Quisquis ad hęc vertit peregrinam littora puppim.	*Ouid.*
peregrinos	Prima peregrinos obscœna pecunia mores.	*Iuuen.*
peremi præter.	Sæuus & infelix furiali dente peremit.	*Mart.*
peremit	Quos hausit & peremit & letho dedit. *Iamb.*	*Senec.*
peremptus	Quaque soluta parens, quaque perempta fera est.	*Mart.*
	Sparsit peremptus aureum serpens nemus. *Iamb.*	*Senec.*
peremptor	Et quis peremptor incliti regis fuit *Iamb.*	*idem*
peremptoris	Iudex minatur, sed peremptoris manus. *Iamb.*	*Prud.*
perendie	Cras veniet perẽdie quæ foras feratur soror. *Troch.*	*Plaut.*
perendinus	*Vide Perendie & Crastinus.*	
	Tu in perẽdinũ paratus sis, vt dicas Plaudite. *Iamb.*	*Plaut.*
perenna mulier	Annæ pomiferum nemus Perennæ.	*Mart.*
perenno as	Defuit ars vobis, arte perennat opus.	*Ouid.*
perennis	— Monumenta perennia facti.	*idem*
	Saxum senis perennis Æolij labor. *Iamb.*	*Senec.*
perennibus	Virtutisq; capax breue, quodque perennibus in se.	*Prud.*

pereo is	Ne nummi pereant aut pyga aut denique fama.	*Horat.*
pereatis	Si fas est omnes pariter pereatis auari.	*Prop.*
pereuntibus	Sirenas pereuntibus placentes. *Phal.*	*Sidon.*
perierunt	Caussa, sed ignotis perierunt mortibus illi.	*Horat.*
periere	Verum vbi oues furto, morbo periere capellæ.	*Horat.*
periret	—indigno cùm Gallus amore periret.	*Virg.*
peribat	Nam quia nec fato merita nec morte peribat.	*Virg.*
periisse	Fabula si dubitem, clament periisse pudorem.	*Horat.*
periturus	Iamque vale Phrygiæ tellus, perituraque flammis.	*Claud.*
perituros	Panem & Circenses perituros audio multos.	*Iuuenal.*
pererro as	Magna pererrato statues, quæ denique Ponto.	*Virg.*
pererrat	Serpentis furiale malum, totumque pererrat.	*idem*
pererratis	Ante pererratis amborum finibus exul.	*idem*
pereruditus	Et talis Curias pereruditus. *Phal.*	*Lic. Cal.*
peresus	Nec tondere quidem morbo illuuieque peresa.	*Virg.*
perexiguus	*Vide Per & Exiguus.*	
perfacetus	*Vide Facetus.*	
perfacilis	Signis perfacile est, vænit vilissima rerum.	*Horat.*
perfatuus	Heu quàm perfatuæ sunt tibi Roma togæ.	*Mart.*
perfer	Perfer in lucem, procul omnis esto. *Sapph.*	*Horat.*
perferet	Nec fraus te incolumen fallaci perferet Auno.	*Virg.*
perferimus	Perferimus, nec quæ sonitum det caussa videmus.	*Virg.*
perficit	Est vetus atq; probus, centum, qui perficit annos.	*Horat.*
perficietur	Nam quid ab externis perficietur air.	*Auien.*
perficus	Donicum ad extremum crescendi perfica finem.	*Lucret.*
perfidus	Perfidus & nigri patieris carceris vncum.	*Iuuenal.*
perfide	Dissimulari etiam sperasti perfide tantum.	*Virg.*
perfidia	Perfidiæ cumulum falsis periuria verbis.	*Ouid.*
perfidia	Per quos sæpe mihi credita perfidia est.	*Propert.*
perfidiosus	Deuitate viam quam gentes perfidiosæ.	*Iuuenc.*
perfinio	Dimidiam partem, nec res perfiniet vlla.	*Lucret.*
perflabilis	Vanescat sanguis perflabilis, ossa liquescant.	*Prud.*
perflamen	Nam sine diuino domini perflamine summi.	*Prud.*
perfodio	Perfodiunt alij portas & saxa sudesque.	*Virg.*
performidatus	Iam puer auricomo performidate Barauo.	*Sil.*
perforo as	Loricæque moras & pectus perforat ingens.	*Virg.*
perforarat	Quam qui profunda perforarat viscera. *Iamb.*	*Prud.*
perforatus	Sermonis auras perforatis follibus. *Iamb.*	*Prud.*
perfremunt	Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt.	*Accius*
perfrico as	Aut cum perfricuit faciem posuitque pudorem.	*Mart.*
perfrigefacio	Mihi quoque edepol iam dudum ille Syrus cor perfrigefacit.	*Plaut.*
perfuga	*Vide Transfuga.*	
perfugium	Præsidium reges ipsi sibi perfugiumque.	*Lucret.*
perfunditur	Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu.	*Virg.*
perfudi prat.	Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.	*Virg.*
perfudit	Perfudit arua, quas peti terra iubes. *Iamb.*	*Senec.*
perfuderat	His dictis visisque animos perfuderat ardens.	*Iuuenc.*
perfuderit	Siue improuisus cœlo perfuderat imber.	*Grat.*
perfudimus	Iamdudum nullo perfudimus ora cruore.	*Pet. Arb.*
perfurit	Perfurit & multam in medio sine nomine turbam.	*Virg.*
perfusus	Cocyta perfusus aqua, nam spiritus extra.	*Pet. Arb.*

Pergamus vrbs	Pergamus has misit, curuo distringere ferro.	*Mart.*
Pergamon	Pergamon, extinctosque suos Phrygas, Hectora	*Senec.*
Pergameus	Pergameo posuit dona sacrata Deo. (primum.	*Mart.*
Pergite	Pergite Pierides, Chromis, & Mnasylus in antro.	*Virg.*
Pergraphicus	Nimis pergraphicus sycophanta, is mille numum	*Plaut.*
	se aureum.	
Pergratus	*Vide Gratus.*	
Pergrauis	Hic qui libellis pergrauem gerit lænam. *Scaz.*	*Mart.*
Pergula	Pergula, discipulus Trypheri doctoris, apud quem.	*Iuuenal.*
Perhaustus	Hic semel atq; iterum patiens ac mille perhaustis.	*C. Seuer.*
Perhibes	Si modo quod perhibes, pater est Thymbræus	*Virg.*
	Apollo.	
Perhibebant	Est locus Hesperiam, quem mortales perhibebant.	*Ennius*
Perhibere	Peccati perhibere animis nihil imminuentem.	*Prosp.*
Perhibetur	Vulcanus perhibetur & in virtute superna.	*Prud.*
Perhilum	Summa magis mediis media imis, ima perhilum.	*Lucret.*
Perhorresco	Pœnus perhorrescit, neque vltra. *Iamb. cum syl.*	*Horat.*
Perhorrui	Maiorumque fames, iure perhorrui. *Choriamb.*	*Horat.*
Periander	Periander, trepidam moderare Corinthius iram.	*Auson.*
	Tu moderans totũ decoras Periandre Corinthum.	*Sidon.*
Peribat	Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.	*Virg.*
Peribis	Hoc si contigerit, fame peribis. *Phal.*	*Mart.*
Pericles vir	Quo fretus? dic hoc magni pupille Periclis.	*Pers.*
Periclitatur	Periclitatur capite Sotades noster. *Scaz.*	*Mart.*
Periclitemur	Periclitemur quid recens infantia. *Iamb.*	*Prud.*
periclum	Per Troiam & rursus caput obiectare periclis.	*Virg.*
Periculum	Quis te nate dea per tanta pericula casus.	*Virg.*
Periculis	Periculis offerre tam crebris potest. *Iamb.*	*Senec.*
Periculosus	Hoc valde vitium periculosum est *Phal.*	*Mart.*
Periclymenus	Φύλλα πλισσόεντα περικλυμένοιο φέρουσα.	*Nicand.*
Peridia	Nomen Echionium matrisque genus Peridiæ.	*Virg.*
Peridoneus	*Vide Per & Idoneus.*	
Perillus	Et Phaleris tauro violenti membra Perilli.	*Ouid.*
perilleus	Ære perillæo veros imitere iuuencos.	*idem*
Perimedæus	Nam perimedæa gramina cocta manu.	*Prop.*
perimo is	Aut subiti perimunt imbres, gelidæque pruinæ.	*Virg.*
peremit præt.	Crimine quam fati sexta peremit hyems.	*Mart.*
peremptus	Exsangui & primis vna tot cæde peremptis.	*Virg.*
perimat	Aut pereat, aut me perimat elisis feris.	*Senec.*
perimatur	Vita agitur, cuius perimatur morte peremptor.	*Prosper.*
	Perimatur, hoc me Delphicæ laurus monet. *Iamb.*	*Senec.*
perimet	Regione perimet exul & adulter virum. *Iamb.*	*Senec.*
periit	Confisus periit, admirandisque lacertis.	*Iuuen.*
perinde	Sexcentas perinde potius subito iam mihi dicas.	*Teren.*
perinthius	Menander fecit Andriam & Perinthiam. *Iamb.*	*Terent.*
periphas	Vna ingens Periphas & equorũ agitator Achillis.	*Virg.*
periphantis	Quod tibi victorem gemini Periphanta Pyreti.	*Ouid.*
periscelis	Sæpe periscelidem raptam sibi flentis, vti mox.	*Horat.*
peristromata	Vt ne peristromata quidem æquè picta sint Cam-	*Plaut.*
	paniæ.	
peristylum	Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis.	*Auson.*
perit	Eloquio, sed vterque perit orator, vtrumque.	*Iuuen.*

	Inuenit obtritum, vulgi perit omne cadauer.	*idem*
Peritat	Ex illa quæ tunc peritat partita per artus.	*Lucret.*
perithous	Dignus es aut porcos pascere Perithoi.	*Mart.*
periturus	Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum.	*Virg.*
periturorum	Et periturorum deiecit tela Gigantum.	*Pet. Arb.*
peritus	Montibus hæc vestris, soli cantare periti.	*Virg.*
peritiora	Licet & peritis hæc peritiora sint. *Iamb.*	*Sidon.*
peritorum	Quam peritorum dedit ordo consors. *Sapph.*	*idem*
periurus	Talibus insidiis periurique arte Sinonis.	*Virg.*
periurium	Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.	*idem*
periuratiuncula	Ac periuratiunculas parasiticas. *Iamb.*	*Plaut.*
perlabitur	Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.	*Virg.*
perlatus	Hasta sub exsertam donec perlata papillam.	*idem*
perlegat	Nec quos perlegat in scola magister. *Phal.*	*Mart.*
perlegeret	Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates.	*Virg.*
perlegitur	Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.	*Mart.*
perlicio	*Vide Pellicio.*	
perlitus	*Vide simplex Litus.*	
perluceo	Sed perlucenti cantus meditabar auena.	*Tibull.*
perlucidus	Crine nitens, niger vnguento, perlucidus ostro.	*Mart.*
perlucidior	Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro. *Choria.*	*Horat.*
permadefecit	Is vsque in pectus permananit, permadefecit.	*Plaut.*
permaduisse	Spargere & effuso permaduisse croco.	*Mart.*
permadescitis	Cuius libata cæde permadescitis. *Iamb.*	*Prud.*
permaneo	Nostraque nonnullis permanet aura locis.	*Prop.*
permaneat	Æterna nox permaneat & tenebris tergat. *Iamb.*	*Senec.*
permanebit	Cum sempiternis permanebunt Angelis. *Iamb.*	*Prud.*
permanare	Permanare animam nobis per membra solere.	*Lucret.*
permananter	Vsque adeo permananter vis præualet eius.	*Lucret.*
permaturuit	Non color in pomo est, vbi permaturuit ater.	*Ouid.*
permetuo	Permetuens Troiæ & patriæ communis Erinnys.	*Virg.*
permessidos	Quid tibi cum Cirrha, quid cũ Permessidos vnda.	*Mart.*
permisit	Quod tuus ecce suo Cæsar permisit Ephœbo.	*Mart.*
permittas	Permittas adeo indulgent sibi latius ipsi.	*Iuuen.*
permittere	Innocuos censura potest permittere lusus.	*Mart.*
permittitis	Erigitur, si fortuna permittitis vti.	*Virg.*
permolere	Permolere vxores, nolim laudarier inquit.	*Horat.*
permouet	Doctrina, sed vim permouet insitam. *Alcaic.*	*idem*
permotus	Cum mare permotum ventis, ruit intus arenam.	*Lucret.*
permutet	Virus vt hoc alio fallax permutet odore.	*Mart.*
permutare	Permutare velis crine Liciniæ. *Choriamb.*	*Horat.*
permutatio	Alcestim & similis, si permutatio detur.	*Iuuenal.*
permutatur	Permutatur onus, stipataque tollitur alte.	*Mart.*
permutatus	Quidnam inter sese permutato ordine possent.	*Lucr.*
pernegat	Sic etiam de me pernegat vsque viro.	*Tibull.*
pernegare	Certum est hanc tibi pernegare famam. *Phal.*	*Mart.*
pernetus	Nondum pernetam fato præstante salutem.	*Sidon.*
perneuerit	Cum mihi supremos Lachesis perneuerit annos.	*Mart.*
pernicies	Pernicies & tempestas barathrumque macelli.	*Horat.*
pernicialis	Coniunctum est id quod nunquam sine perniciali.	*Lucret.*
perniciosus	Obsequium veneris mihi perniciosius est cur.	*Horat.*
pernicis	Pernicis vxor Apuli. *Iamb.*	*idem*

Proge

pernicibus	Progenuit,pedibus celerem & pernicibus alis.	*Virg.*
perniciter	Sic certe viden'vt perniciter exsiluere.	*Catull.*
pernumerare	Quæ nec permunerare curiosi.*Phal.*	*idem*
pero propr.	Quem non lucra,magis Pero formosa coëgit.	*Prop.*
pero appell.	Instituere pedis ,crudus tegit altera pero.	*Virg.*
perone	Per glaciem perone tegi,qui submouet Euros.	*Iuuen.*
peronatus	Nauim si poscat sibi peronatus arator.	*Pers.*
perolesse	Quis totum corpus scis iam perolesse bisulcis.	*Lucil.*
perore at	Cretice & hanc vestem populo mirante perores.	*Iuuen.*
peroratus	Caussa perorata est,flentes ne surgite testes.	*Propert.*
perosus	Insontes peperere manu,lucemque perosi.	*Virg.*
perpendiculum	Ad perpendiculum seque suosque habuit.	*Auson.*
perperus	Condo in crumenam ille abit , ego perperas minas.*Iamb.*	*Plaut.*
perperam	Dum mihi voluit,huic dixi, atque adeo dum mihi cupio perperam.	*idem*
perpetro	Nam cur ego id non perpetrem quod occepi , vti nubat mihi.*Iamb.*	*idem*
perpetior	In terraque patris cur telum perpetiuntur.	*Lucret.*
perpeti	Audax omnia perpeti.*Spond.Dactyl.*	*Horat.*
perpes	In Christo quorum gloria perpes erit.	*Prosp.*
perpetem	Ibi cœnaui , atque ibi quieui in naui noctem perpetem.	*Plaut.*
perpetim	Cumque eo ita noctem in stramentis pernoctare perpetim *Iamb.*	*idem*
perpetuus	Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.	*Ouid.*
perpetuatus	Perpetuata salus harum circumdata nexu.	*Arator.*
perpolitus	Qui mage cruda homini præcordia perpolita nossent.*Arch.hep.*	*Prud.*
perpotat	Laborum tenus interea perpotat amarum.	*Lucret.*
perprimat	Innominata perprimat cubilia.*Iamb.*	*Horat.*
perquirere	Cum pater ignarus natam perquirere Cadmo.	*Ouid.*
perquisitores	Maleuoli perquisitores auctionum perierint.	*Plaut.*
perraro	In vacuum venias,perraro hæc alea fallit.	*Horat.*
perrepere	Non ego tellurem genibus perrepere supplex.	*Tibull.*
perridiculus	Res perridicula est vis dare,nec dare vis.	*Mart.*
perrupit	Perrupit Acheronta Herculeus labor.	*Horat.*
persæpe	Rectius atque etiam melius persæpe rogatæ.	*idem*
perscidit	Ergo feruidus hanc nubem,qua perscidit atram.	*Lucret.*
perscribere	Non satis est puris versum perscribere verbis.	*Horat.*
perscrutari	Nec perscrutari primordia singula quæque.	*Lucret.*
perses	Perses & fecit per mare miles iter.	*Cinna.*
persarum	Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem.	*Prop.*
perseis dic	Trinacriusque suæ Perseidos auctor & actor.	*Ouid.*
perseius	Castor equo,Pollux cestu,Perseius harpe.	*Sidon.*
perseus adiect.	Sectaque Persea Phorcydos ora manu.	*Virg.*
persequar	Persequar hinc,quo nunc iter est tibi,nil opus est te.	*Prop.*
persequemur	Vtrumne iussi persequemur otium.*Iamb.*	*Horat.*
persequor	Getulus ve leo frangere persequor.*Chor.*	*idem*
persequebantur	Plagis apertas persequebantur notas.*Iamb.*	*idem*
persequitur	Persequitur curuo Saturni dente relictam.	*Virg.*

Persecutorem	Horror stupentem persecutorem subit. *Iamb.*	*Prud.*
persecutorum	Persecutorum, nisi forte dicam. *Sapph.*	*Sidon.*
persedit	Altius ad viuum persedit & horrida caro.	*Virg.*
persederat	Nec frustra, nam casta domi persederat vxor.	*Prop.*
persederit	Aut si permistis persederit altius humor.	*Seren.*
persephone	At neque Persephone digna est prædone marito.	*Ouid.*
perseuero	Post manes tumulumque perseuero. *Phal.*	*Mart.*
perfidis	— fruges perfidit in ipsas.	*Lucret.*
perfidis	Quaque pharetratæ vicinia Perfidis viget.	*Virg.*
persicorum	Auras madentes Persicorum aromatum. *Iamb.*	*Prud.*
persicus	Persicos odi puer apparatus. *Sapph.*	*Horat.*
persidos	Persidos & veteres Babylones ceperit arces.	*Nemes.*
persimilis	Persimilem cuius velut ægri somnia vana.	*Horat.*
persolido as	Persolidat Boreas, nec non abrupta tremiscunt.	*Stat.*
persoluenda	Mutua nec certa persoluenda die.	*Pedo.*
persona	Personam capiti detrahat illa tuo.	*Mart.*
personaliter	Trinusque personaliter. *Iamb.*	*Ambros.*
personatus	Quo personatus pacto pater his ego quæ nunc.	*Horat.*
personat	Sed tu forte caua, dum personat æquora concha.	*Virgil.*
personare	Et si pulpita personare socco. *Phal.*	*Sidon.*
personus	Cespite lætus ager, non vetito persona cantu.	*Pet. Arb.*
personet	Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.	*Horat.*
personuit	Personuit canibus, tum tristicus, haud mihi vita.	*idem*
personuere	Lenta personuere saxo. *Dactyl. Troch.*	*idem*
personabo	Non Cirrham Babylona personabo. *Phal.*	*Sidon.*
perspicace	Quàm perspicace, quàm benigno, quàm cito. *Iamb.*	*Afran.*
perspicio	Perspiciemus & vnde queat res quæque creari.	*Lucret.*
perspicuus	Prodat perspicuus, ne duo vina calix.	*Mart.*
perspiro	*Vide Conspiro.*	
Ninus Rex — Non hic Assyriis Ninum priorem *Phal.* — *Sidon.*

Cuius priorem Mart. producit.

Nolanus — Campanus Capuæ, iamque Nolanus adest. — *Prud.*

Huius primam Ausonius extendit.

Omnino — Hæretici sensus, nullumque omnino relictum. — *Auien.*

Vltimam Virg. producit.

Oreta — Fluctuat æquoribus, nec non Oretæque feroces. — *Fann.*

Lucano media producitur.

P

Pachynus — Vsque in saxosi Pachyni iuga, plurimus inde.

Media longa est veteribus. — *Auien.*

Pædagogus — Pædagogus agit me, nam tristissima mater.

Secundam corripit Martial. — *Maxim.*

Palam — An dextram pacis palam dare, te pudet hosti.

Prima Virgilio breuis extitit. — *Prosp.*

Pamphylia — Pamphyliæ in fines hic idem Cragus habetur.

Huius secundam Statius producit. — *Auien.*

Pandiones — Hæc cum Pandionis lectum componeret aulæ.

Secundam longam habet Lucanus. — *Auien.*

Paphiacus — Cespite Paphiaco prodit saxosa Carambis.

Primam contrahunt antiquiores. — *Auien.*

Paracletus — Spirat de Patrio corde paracletus. *Choriamb.*

Scribitur tamen per η eta penultima παράκλητος & producenda. — *Auien.*

Paricida — Innocuas inter soboles genuit paricidam. — *Prud.*

Parricida — Parricida trahis quod Christi sanguine fuso. — *Arator*

In his primam longam, secundam breuem ponit Horatius.

Pelopes — Sidoniosque inter mansit, regnumque Pelopum — *Licent.*

Mediam veteres contrahunt.

Phidias — Cuius opus? Phidiæ, qui signum Palladis eius. — *Auson.*

Primam antiquiores prolongant.

Philoctetes — Philoctetа tibi dedit pharetram. *Phal.* — *Sidon.*

Prima contrahitur Virgilio.

Philosophus — Fingite Philosophi victricem Laida cœpit. — *Sidon.*

Philos in omnibus compositis primam abbreuiat.

Photinus — Hac sese occultant Photinus & Arrius arte. — *Prud.*

Primam Lucanus breuem fecit.

Impiger egelido monet arma seuerus ab Istro;
Parricidæ regna adimat Didio.
Ausonius in Cæsaribus. Cuius autoritati
fauet; i in compositis modo longa, modo breuis

Phrenesis	Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur.	*Seren.*
	Media est longa Iuuenali.	
Phreneticus	Quid mirum rabido si corde phreneticus æger.	*Prosper.*
	Primam Martial. producit.	
Physicus	Physica vel logico logicum, vel iungit ad ethos.	*Sidon.*
	Primam breuiat Ausonius.	
Pilatus	Finge animo & testes & cæci infanda Pilati.	*Lactan.*
	Prima & natura, & vsu veterum producitur.	
Pisida	Tum Pisida ferox exercet pinguia culta.	*Auienus*
	Claudianus & primam & secundam curtas ponit.	
Plato	Archyta, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chrysippus.	*Fortun.*
	Primam Horatius breuem facit.	
Pollicebantur	Argenti ter dena illi mox pollicebantur.	*Iuuenc.*
	Tertiam natura protendit Pollicebar.	
Præputium	Præputio exsutos octaua luce sacrare.	*Victor.*
	Secundam Iuuenalis extendit.	
Præsto aduerb.	Respondit hic Romanus eccum præsto sum. *Iamb.*	*Prud.*
	Vltimam producunt veteres.	
Præstigia	Præstigiæque diu nebulosa in fraude peractæ.	*Alcim.*
	Secunda producta est antiquioribus.	
Proles	Et noua de terris proles in astra volat.	*Fortun.*
	Posterior longa est Iuuenali.	
Propitius	Nam me propitius rerum pater vnicus alto.	*Iuuenc.*
	Prima corripitur Senecæ. Similia sunt Propitiatus, Propitiabilis, &c.	
Psalterium	Psalterium Lyrici composuere pedes.	*Arator*
	Secunda extenditur & Virgilio & natura.	
Pugil	Vnctis pugilibus miles pugnabat Hetruscus.	*Prud.*
	Prior breuis est Horatio.	
Pugillares	Inde pugillares soliti percurrere ceras.	*Prud.*
	Primam Iuuenalis longam ponit.	
Pulex	Parue pulex & amara lues inimica puellis.	*Auct. Phil.*
	Primam Mart. producit.	

Q

Quinctilis	Quinctiliæ, quantum gaudet amore tuo.	*Catull.*
Quinctilius	Ergo Quinctilium perpetuus sopor. *Choriamb.*	*Horat.*
Quinctilianus	Gloria Romanæ Quinctiliane togæ.	*Mart.*
	Secunda in his tribus contra naturam Quinctilis primitiui est contracta.	

R

Recolitis	Terris recolitis vestra tenerier. *Choriamb.*	*Capell.*
	Prima à veteribus est contracta.	
Redimitus	Ipsa redimitos olea frondente capillos.	*Prud.*
	Secunda Virgilio est breuis.	
Romphæa	Æquaque nec ferro breuior nec rhomphæa ligno.	*Valer.*
Romphæalis	Dexteram peramat romphæali incendio. *Iamb.*	*Val.*
	Græcè scribitur ῥομφαῖα diphthongo in secunda.	

Personas

Secunda Mart. est longa & cum diphthongo scribenda.

Sophia	Sortiti ætheriæ coluerunt dogma sophiæ. *Et natura & Mart. mediam breuem ostendunt.*	*Prud.*
Sphæra	Cuius ad arbitrium sphæra mobilis atque rotunda. *Scribenda prior cum diphthongo.*	*idem*
Stipendia	Vt post iurisonæ famosa stipendia linguæ. *Primam Catullus producit.*	*Sul. Lup.*
Statim	Eligit aërium statim sibi corpus adaptans. *Catullus priorem corripit.*	*Alcim.*
Stator	Ioui statori debet & Diis ceteris. *Iamb.* *Longam ponit Ouidius.*	*Prud.*
Suffragium	Suffragiis Christi, & plausibus angelicis.	*Prosper.*
Suffragatus	Hæc nunc per eius suffragata litteram. *Iamb.* *Secundam Statius longam ponit.*	*Paul. Epis.*
Syracusa	Quis Catinam sileat, aut quadruplices Syracusas. *A Virgilio, & Ouidio secunda producta, tertia correpta, diphthongo in o mutata, ponitur.*	*Auson.*

T

Tauromininitanus	Vel Taurominitana quos Charybdis. *Phal.* *Lucanus secundam corripit, & quartam producit.*	*Sidon.*
Thales	Thales hoc etiam numeris inquirit & astris. *Primam corripit Iuuenalis.*	*idem*
Ticinus	Alia præcepit Ticini sententia necti.	*Seren.*
Ticinus	Vltima iam claros quærunt post damna Ticini. *Sed primam atque secundam Silius producit.*	*Sidon.*
Tilia	Fraxinea in flammis quæ funditt tilia succum. *Prima Ouidio est breuis.*	*Seren.*
Tinea	Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat. *Primam Horatius corripit.*	*Sedul.*
Treuiri	Occurris Treuiros, aliis quoque mota querelis. *Prima Lucano protenditur.*	*Fortun.*
Triduanus	In tenebris triduana gerit, facit esse fidelem. *Primam longam ponit Martial.*	*Arator*
Trigonus	Vota leuat trigono, vires sociante sequenti. *Secundam Manilius extendit.*	*Auson.*
Tripes	Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia solus. *Posterior Horatio est longa.*	*Auson.*
Turones	Defendis Turonem, aderas post tempore paruo. *Primam atque secundam contrahit Lucanus.*	*Sidon.*
Typhonem	Dissona facta Mithran, Ditemque, ferumque Typhonem. *Prima Virgilio longa exsistit.*	*Capell.*

V

Valentinianus	Dum regeret princeps data iura Valentinianus. *Tertia in Valentinus natura protrahitur.*	*Fortun.*

PHALEVCIVM.

Phaleũcium ſeu hendecaſyllabum loca quinque, pedes tres habet. Primo ſpondeum, ſecundo dactylum: tribus reliquis trochæum, vt,

Nobis cum ſemel occidit breuis lux.

In hoc genere Catullus ſubinde licentia abutitur, primo loco (præter ſpondeum) & trochæum & iambum ponendo, ſicut & ſecundo, pro dactylo nonnunquam ſpondeum ſubſtituit, quod imitandum non eſt.

SAPPHICVM.

Sapphicum, quod & ipſum hendecaſyllabum non immerito dici poſſit, certos & immutabiles retinet pedes in omnibus quinque locis, primo trochæum, ſecundo ſpondeum, tertio dactylum, extremis duobus trochæum. Raro ponitur abſque dimetro Adonico, è dactylo & ſpondeo cõſtante.

Otium, & reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.

ANACREONTICVM.

Anacreonticum ſeu heptaſyllabum, habet loca tria, & ſyllabam vnam: pedes habet vſitatos duos, iambũ & ſpõdeum, loco primo ponitur iambus vel ſpondeus, & huius reſolutione interdum anapæſtus, reliquis ſolus iambus: vt

Sat eſt quiete dulci
Feſſum fouere corpus.

ARISTOPHANICVM ſeu Anapæſticum.

Ariſtophanicum ſeu anapæſticũ, quo in choris Tragici vtuntur, loca habet quatuor, pedes tres, anapæſtum, dactylum, ſpondeum: qui pedes in locis omnibus indifferenter ponuntur.

Cactos ſequitur mala paupertas,
Vitioque potens regnat adulter.

ALCAICVM.

Alcaicum ab Alcæo inuẽtore dictum, habet locos quinque,

quinque, primo quidem ſpondeum vel iambum, ſecundo iambum ſolum, tertio ſyllabam longam, vt cæſurã, quarto & quinto dactylos, vel quinto amphimacrum, quale eſt.

Vides vt alta ſtet niue candidum
Soracte, nec iam ſuſtineant onus.

GLYCONICVM.

Glyconicum à Glycone inuentore, tres habet locos, primo quidem ſpondeum, ſecũdo Choriambum, tertio pyrrhichium vel iambum, vt

Sic te diua potens Cypri,
Ventorúmque regat pater.

Sunt quidem & alia carminum genera. Sed iſta ſunt vſitatiora. De quibus dixiſſe ſufficiat, ad exempla hoc libro allegata dignoſcenda.

HENRI



Alij syllabarum trium etiam 4. numero.
Dactylus ex longa & duabus breuibus, vt *pectore*.
Anapæstus ex duabus breuibus & longa vt *vacuas*.
Molossus ex tribus longis vt *virtutes*.
Tribrachys ex tribus breuibus vt *bibere*.
Quibus & alij 4. adduntur.
Bachius ex breui & duabus longis vt *honestas*.
Antibachius ex duabus longis & breui, vt *Audire*.
Amphimacer ex breui inter duas longas vt *Trinitas*.
Amphibrachys ex longa inter duas breues vt *videre*.
Ex simplicibus, alij pedes compositi surgunt.
Dispondeus ex duobus spondeis vt *Mæcenates*.
Proceleusmaticus ex duobus pyrrhichiis vt *Ariete*.
Dichoræus seu ditrochæus, ex duobus trochæis vt *Cantilena*.
Choriambus ex trochæo & iambo, vt *Nobilitas*.
Antispastus ex iambo & trochæo vt *amatore*.
Diiambus ex duobus iambis vt *propinquitas*.
Pæon primus ex trochæo & pyrrhichio, vt *multimolus*.
Pæon secundus ex iambo & pyrrhichio vt *Colonia*.
Pæon tertius ex pyrrhichio & trochæo vt *Alienus*.
Pæon quartus ex pyrrhichio & iambo vt *celeritas*.
Epitritus primus ex iambo & spondeo vt *amauerunt*.
Epitritus secundus ex trochæo & spondæo vt *Cantilenas*.
Epitritus tertius ex spondeo & iambo vt *discordias*.
Epitritus quartus ex spondeo & trochæo vt *audiuistis*.
Ionicus à minori ex spondeo & pyrrhichio vt *præconia*.
Ionicus à maiori ex pyrrhichio & spondeo vt *Diomedes*.
Ex his certa lege iunctis versus omnis generis fiunt.

DE VSITATISSIMIS VERSVVM GENERIBVS.

HEXAMETRVM.

Hexameter versus, quem Cicero longum vocat, loca habet sex, pedes autem binos, Spondeum & Dactylum. In quatuor locis prioribus sine differentia collocatur spondeus & dactylus. In quinto solus dactylus, in sexto spondeus.

Longa dies homini docuit parere leones.

PENTAMETRVM.

Pentameter versus loca habet pauciora, sed pedes eosdem. In primo & secundo indifferenter assumit spōdeum & dactylum, remanente syllaba longa: in tertio & quarto solos dactylos, remanente iterum syllaba longa.

Tardius aut propius mors sua quemque manet.

Quintilianus testatur, veteres finem pentametri, per anapæstos mensos esse, sed nos vulgari consuetudini insistimus. Fit autem hexametro & pentametro iunctis carmen Elegiacum, quod omnium scriptis est vsitatissimum.

IAMBICVM.

Iambicum trimetrum seu senarium pedes habet iambum & spondeum, sed hunc puta spondeum, locis imparibus primo, tertio, quinto, tantum admittit. Iābum verò paribus secundo, quarto, sexto postulat. Optimū est, quod ex Iambis puris constat: illi proximum, quod spondeos Iambis alternatim admistos habet, qualia sunt:

Suis & ipsa Roma viribus ruit. Idem
Nam fera non est ad bonos mores via.

Sublatis duobus pedibus ex trimetro, fit dimetrū iambicum, alias quaternarium Latinis vocatum, cuius multis in hymnis vsus Ecclesiasticis, exempli gratia.

Te mane laudum carmine,
Te deprecamur vesperi.

TROCHAICVM Octonarium.

Trochaicum Octonarium constat locis septem, cum syllaba superflua. Habet autem pedes duos, trochæum & spondeum, trochæum quidem locis omnibus, spondeum paribus tantum, secundo, quarto, sexto, vt,

Ipse iussit atque creata: dixit ipse, & facta sunt.
Terra cœlum fossa ponit trina rerum mac hina.

ASCLEPIADEVM,
seu Choriambicum.

Asclepiadeum primo loco accipit spondeum, secundo dactylum, remanente syllaba longa, tertio & quarto dactylum. Qui per choriambos metiuntur, à quibus & proprium nomen capit, rectius quidem, sed hoc incipientibus facilius, fit igitur hunc in modum:

Pastor quum traheret per freta nauibus.

Prosper adesto tuas laudes, tua dona canenti;
Tu mihi non imæ plebis de sanguine nasci,
Sed patre, auo, proauoque antiqua stirpe creatis,
Et bene de patria meritis prodire dedisti.
Patre equidem vitæ cui sexagesimus annus,
Bis viduos passo thalamos: iam vertice cano,
Et velut effœto iam corpore, spem super omnem,
Prolificos alia tribuit cum coniuge succos.
Talis honorato genitum me fœdere lecti
Carcere constrictum materno, & luce carentem
Ætherea, decimo dum luna reuerteret orbe,
Spumoso ex humore coacti more recenter
Caseoli in massam spissans, virtute latente
Fingis, & humana specie mentisque capace
Induis, vsque fouens, dum maturescat in aluo,
Hinc fractis vteri vinclis, per claustra viarum
Eduxit incolumem, Phœbei in luminis auras:
Ante parans alimenta mihi, quam nascerer, ori
Suauia, ventriculo peramica, accommoda membris,
Suctilia, irriguis calide asseruata lagenis
Mammarum, semperque labris exposta tenellis.
Adiicis in natum fidæ genitricis amorem.
Quæ nil deficeri patiatur sedula proli.
Sed mea vix menses quater octo expleuerat ætas,
Quum formidatus quondam senioribus annus,
Septenus nouies (quem κλιμακτῆρα vetustas
Nuncupat) eripuit duro mihi funere patrem.
Me tamen orbatum non deseris: efficis autem
Quo tibi maior honor, quo sit tibi gloria maior)
Mater vt officium rapti genitoris adæquet.
Illa igitur curas cari de pignore lecti
Sollicitas agitans, viduos solatur amores,
Præsentemque virum fingit sibi prole relicta.
Hanc monet, hortatur, castigat, præmia ponit,
Et patris exemplo, puerili in corde latentes
Suscitat igniculos virtutum, & semina veri.
Territat à vitiis, quæ sensim prodere sese
Consuerunt ætate rudi emendatque premendo.
Illa feras lites, fastus, luxusque procaces
Detestata, cibo facili, cum simplice amictu
Contentum, docuit primis assuescere ab annis.
Hinc semper mihi grata magis mediocria magnis,
Pacis amans animus, fortisque misertus iniquæ.
Tempus erat teneræ ruditatem mentis inertem
Ponere, & ingenij meliorem quærere cultum:
Namque velut geminos vna de matre catellos
(Quos genito Natura dabat non dispare nasci)
Dissimiles cultura tamen, monstrante Lycurgo,
Reddidit hunc syluis durisque laboribus aptum,
Illum segnitiæ assuetum, & fumantibus ollis.
Tu mihi cultores animi, morumque magistros
Suggeris, & docilem me culturæque capacem

Eremus Excidit ergo animus eremi sitis, excidit ille. *Prud.*
Scribitur ἔρημος per eta in secunda, ideoque producenda.

Euangelium Tradit Euangelium Paulus sine crimine mundum. *Tertull.*
Scribitur per diphthongum ευ in prima, quæ est longa.

Eugenia Hic Paulina, Agnes, Basilissa, Eugenia regnant. *Fortun.*
Secunda per epsilon scribenda quæ corripitur.

Euripides Cessissent Sophocles & Euripides. *Phal.* *Sidon.*
Secundam longam, tertiam breuem ponit Aristophan.

F

Fames Pignoribus, spoliatque suos fames impia natos. *Prud.*
Posteriorem Virgilius producit.

Fere Nam tecum fere totus ero, quocunque recedam. *Auson.*
Vltima longa ponitur à Virgilio.

Feritur Quo tibi feruor abit, per quem feritura placebas. *Maxim.*
Secunda, quia quartæ est coniugat. producenda fuerat.

Fient Credite vera fient, nec spe frustrabor inani. *Auien.*
Prior in fiet longa est Virgilio & aliis.

Fimus Siue columbarum fimus miscetur aceto. *Seren.*
Priorem corripit Virgilius.

Flagitaret Tempsere extremam cum flagitaret opem. *Capell.*
Primam huius productam ponit Horatius.

Florianus Nominis ore tui iam Floriane tenes. *Arator.*

G

Ganeo Ingluuiem, vegetamque gulam ganeonis inescēt. *Prud.*
Primam Iuuenalis producit.

Ganea Iura pati, & laxa ganearum lege teneri. *Prud.*
A Terentio & Plauto prima producitur.

Genesius vir Porrigit ipsa decens Arelas pia dona Genesi. *Fortun.*
Scribitur γενέσιος per epsilon in secunda, quæ breuis est.

Geometra Tractator, geometra musicusque. *Phal.* *Sidon.*
Habet omega in secunda, eoque protrahenda.

H

Heresis Cognomento heresis, Deus est mihi discolor inquit. *Prud.*
Diphthongo in prima hæresis scribi debet.

Herodes Herodes hostis impie. *Iamb.* *Sedul.*
ἡρώδης syllabis tribus natura longis constat.

Hilarius Hinc simul Hilarium, Martinum Gallia mittit. *Fortun.*
Hilaris primam corripit apud veteres.

Hilaris Eucherij venientis iter, redeuntis Hilaris. *Sidon.*
Hilaris sicut primam, ita secundam quoque contrahit.

I

Idolum Quosque viros non ira fremens, non idola bello. *Prud.*

Idolium	Idolium ardebat dedere perfidiæ.	*idem*
Idololatrix	Incertat lapides fumosos idololatrix. *Scribitur, eis uxor prima atque secunda producendis.*	*idem*
Idume	Palmula nec desint Idumes, nec pruna Damasci. *Secundam prolongat Virgilius.*	*Marcell.*
Imbecillis	Et imbecilla infantia Iamb. *Secundam huius Horatius extendit.*	*Prud.*
Impar	Succumbit Phrygio, coitus fuit impar vtrique. *Posteriorem producit Horatius.*	*Prud.*
Inchoamentum	Inchoamenta gerens fragiles processit in actus. *Tertia longa est à supino coniugat. primæ.*	*Helpid.*
Inquietatus	[illegible] quietatus per procellas. Phal. *Tertia ab Inquietus fit, quæ produci debet.*	*Sidon.*
Iudaicus	Quando induratum plebes Iudaïca regem. *Secundam Iuuenalis contraxit.*	*Alcim.*

L

Latro as	Explorare iuuat, ventremque explere latrantem. *Priorem producunt veteres.*	*Victor.*
Lauacrum	In qua per lauacrum fidei virtute renatæ. *Secunda protrahenda est à supino lauatum descendens.*	*Prosp.*
Lues	Cuspis auaritiæ stupuit lues improba castis. *Postremam Virgilius productam habet.*	*Prud.*
Lusitanus	Lusitanorum caput oppidorum. Sapph. *Secundam æque ac primam Silius protendit.*	*Prud.*

M

Macedo	Fœcundo ieiuna solo vir quippe Macedo. *Secundam enim Lucanus semper breuem ponit.*	*Arator*
Macedonius	Vescitur esuriens Macedonia, perque sopotis. *Tertiam Ouidius breuem statuit.*	*Arator.*
Mæotides	Mæotidumque plagæ pontus quas obruit Helles. *Secundam Ouid longam facit.*	*Licent.*
Margarita	Margaritum ingens opibusque & viribus atca. *Secundam Petrus Arbiter & alij contrahunt.*	*Prud.*
Melanthia	Nascuntur gracili melanthia grata cumino. *Prima ab aliis & in aliis corripitur.*	*Colum.*
Melanurus	Melanurum, turdum, meruleamque vmbramque marinam. *Contra primam breuem, tertiam longam Ouidius habet. Scribitur enim μελάνουρος, vel Anapestus est pro dactylo apud Ennium.*	*Ennius.*
Melos	Qua Melos atque Crathis fluuij, qua currit Iaon. *Posteriorem longam ponit Ouidius.*	*Prisc.*
Melite	Sicanio lateri remis vicina Melite. *Secunda corripitur ab Ouidio.*	*Arator*
Meridies	Luna nec in noctem, Sol neque meridie. *Primam breuem, secundam longam Horatius facit.*	*Fortun.*
Mithras	Dissona sacra Mithram, Ditemque, ferumque Typhoeem.	*Capell.*
Mitra	Vt mitra cæsariem cohibens aurata virilem. *Vtrumque prior à veteribus producitur.*	*Prud.*
Modo	Villa potest [illegible], modo [illegible] sepelier. *Posterio[illegible]*	[illegible]

	Posterior corripitur apud veteres.	
Mosyni	Mosynique domos præbent, quis lignea tecta.	*Pris.*
	Prima Tibullo contrahitur.	

N

Negligentes	Quos statuam Assyri negligentes principis illam.	*Alcim.*
Negligenter	Pœniteatque olim negligenter temporis acti.	*Alcim.*
Nisi	Sin tantum penitusque nisi nihil esse videtur.	*Sidon.*
	Huius vltima vtteribus breuis ponitur.	
Ninus Rex	Non hic Assyriis Ninum priorem *Phal.*	*Sidon.*
	Cuius priorem Mart. producit.	
Nolanus	Campanus Capuæ, iamque Nolanus adest.	*Prud.*
	Huius primam Ausonius extendit.	
Omnino	Hæretici sensus, nullumque omnino relictum.	*Auien.*
	Vltimam Virg. producit.	
Oreta	Fluctuat æquoribus, nec non Oretæque feroces.	*Fann.*
	Lucano media producitur.	

P

Pachynus	Vsque in saxosi Pachyni iuga, plurimus inde.	
	Media longa est veteribus.	*Auien.*
Pædagogus	Pædagogus agit me, nam tristissima mater.	
	Secundam corripit Martial.	*Maxim.*
Palam	An dextram pacis palam dare, te pudet hosti.	
	Prima Virgilio breuis exsistit.	*Prosp.*
Pamphylia	Pamphyliæ in fines hic idem Cragus habetur.	
	Huius secundam Statius producit.	*Auien.*
Pandiones	Hæc cum Pandionis lectum componeret aulæ.	
	Secundam longam habet Lucanus.	*Auien.*
Paphiacus	Cespite Paphiaco prodit saxosa Carambis.	
	Primam contrahunt antiquiores.	*Auien.*
Paracletus	Spirat de Patrio corde paracletus. *Choriamb.*	
	Scribitur tamen per η eta penultima παράκλητος & *producenda.*	*Auien.*
Paricida	Innocuas inter soboles genuit paricidam.	*Prud.*
Parricida	Parricida trahis quod Christi sanguine fuso.	*Arator*
	In his primam longam, secundam breuem ponit Horatius.	
Pelopes	Sidoniosque inter mansit, regnumque Pelopum.	*Licent.*
	Mediam veteres contrahunt.	
Phidias	Cuius opus? Phidiæ, qui signum Palladis eius.	*Auson.*
	Primam antiquiores prolongant.	
Philoctetes	Philoctetа tibi dedit pharetram. *Phal.*	*Sidon.*
	Prima contrahitur Virgilio.	
Philosophus	Fingite Philosophi victricem Laida cœpit.	*Sidon.*
	Philos in omnibus compositis primam abbreuiat.	
Photinus	Hac sese occultant Photinus & Arrius arte.	*Prud.*
	Primam Lucanus breuem fecit.	

Impiger egelido monet arma [illegible] ab Istro;
Parricidæ regna adimat Didia
Ausonius in Caesaribus. Cuius auctoritati.
sancit in compositis modo longa, modo breuis

Phrenesis	Ex vitio cerebri phrenesis furiosa mouetur.	*Seren.*
	Media est longa Iuuenali.	
Phreneticus	Quid mirum rabido si corde phreneticus æger.	*Prosper.*
	Primam Martial. producit.	
Phryficus	Physica vel logico logicum, vel iungit ad ethos.	*Sidon.*
	Primam breuiat Ausonius.	
Pilatus	Finge animo & testes & cæci infanda Pilati.	*Lactan.*
	Prima & natura, & vsu veterum producitur.	
Pisida	Tum Pisida ferox exercet pinguia culta.	*Auienus*
	Claudianus & primam & secundam curtas ponit.	
Plato	Archyta, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chrysippus.	*Fortun.*
	Primam Horatius breuem facit.	
Pollicebantur	Argenti ter dena illi mox pollicebantur.	*Iuuenc.*
	Tertiam natura protendit Pollicebar.	
Præputium	Præputio exsutos octaua luce sacrare.	*Victor.*
	Secundam Iuuenalis extendit.	
Præsto aduerb.	Respondit hic Romanus eccum præsto sum. *Iamb.*	*Prud.*
	Vltimam producunt veteres.	
Præstigia	Præstigiæque diu nebulosa in fraude peractæ.	*Alcim.*
	Secunda producta est antiquioribus.	
Proles	Et noua de terris proles in astra volat.	*Fortun.*
	Posterior longa est Iuuenali.	
Propitius	Nam me propitius rerum pater vnicus alto.	*Iuuenc.*
	Prima corripitur Senecæ. Similia sunt Propitiatus, Propitiabilis, &c.	
Psalterium	Psalterium Lyrici composuere pedes.	*Arator*
	Secunda extenditur & Virgilio & natura.	
Pugil	Vnctis pugilibus miles pugnabat Hetruscus.	*Prud.*
	Prior breuis est Horatio.	
Pugillares	Inde pugillares foliti percurrere ceras.	*Prud.*
	Primam Iuuenalis longam ponit.	
Pulex	Parue pulex & amara lues inimica puellis.	*Auct. Phil.*
	Primam Mart. producit.	

Q

Quinctilis	Quinctiliæ, quantum gaudet amore tuo.	*Catull.*
Quinctilius	Ergo Quinctilium perpetuus sopor. *Choriamb.*	*Horat.*
Quinctilianus	Gloria Romanæ Quinctiliane togæ.	*Mart.*
	Secunda in his tribus contra naturam Quinctilis primitiui est contracta.	

R

Recolitis	Terris recolitis vestra tenerier. *Choriamb.*	*Capell.*
	Prima à veteribus est contracta.	
Redimitus	Ipsa redimitos olea frondente capillos.	*Prud.*
	Secunda Virgilio est breuis.	
Romphæa	Æquaque nec ferro breuior nec rhomphæa ligno.	*Valer.*
Romphæalis	Dextram perarmat romphæali incendio. *Iamb.*	*Val.*
	Græcè scribitur ῥομφαία diphthongo in secunda.	

Personas

Secunda Mart. est longa & cum diphthongo scribenda.

Sophia Sortiti ætheriæ coluerunt dogma sophiæ. *Prud.*
Et natura & Mart. mediam breuem ostendunt.

Sphæra Cuius ad arbitrium sphæra mobilis atque rotunda. *idem*
Scribenda prior cum diphthongo.

Stipendia Vt post iurisonæ famosa stipendia linguæ. *Sul. Lup.*
Primam Catullus producit.

Statim Eligit aërium statim sibi corpus adaptans. *Alcim.*
Catullus priorem corripit.

Stator Ioui statori debet & Diis ceteris. *Iamb.* *Prud.*
Longam ponit Ouidius.

Suffragium Suffragiis Christi, & plausibus angelicis. *Prosper.*

Suffragatus Hæc nunc per eius suffragata litteram. *Iamb.* *Paul. Epist.*
Secundam Statius longam ponit.

Syracusa Quis Catinam sileat, aut quadruplices Syracusas. *Auson.*
A Virgilio, & Ouidio secunda producta, tertia correpta, diphthongo in e mutata, ponitur.

T

Tauromenitanus Vel Taurominitana quos Charybdis. *Phal.* *Sidon.*
Lucanus secundam corripit, & quartam producit.

Thales Thales hoc etiam numeris inquirit & astris. *idem*
Primam corripit Iuuenalis.

Ticinus Alia præcepit Ticini sententia necti. *Seren.*

Ticinus Vltima iam claros quærunt post damna Ticini. *Sidon.*
Sed primam atque secundam Silius producit.

Tilia Fraxinea in flammis quæ fundit tilia succum. *Seren.*
Prima Ouidio est breuis.

Tinea Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat. *Sedul.*
Primam Horatius corripit.

Treuiri Occurris Treuiros, aliis quoque mota querelis. *Fortun.*
Prima Lucano protenditur.

Triduanus In tenebris triduana gerit, facit esse fidelem. *Arator*
Primam longam ponit Martial.

Trigonus Vota leuat trigono, vires sociante sequenti. *Auson.*
Secundam Manilius extendit.

Tripes Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia solus. *Auson.*
Posterior Horatio est longa.

Turones Defendis Turonem, aderas post tempore paruo. *Sidon.*
Primam atque secundam contrahit Lucanus.

Typhonem Dissona sacra Mithran, Ditemque, ferumque Typhonem. *Capell.*
Prima Virgilio longa exsistit.

V

Valentinianus Dum regeret princeps data iura Valentinianus. *Fortun.*
Tertia in Valentinus natura protrahitur.

PHALEVCIVM.

Phaleûcium ſeu hendecaſyllabum loca quinque, pedes tres habet. Primo ſpondeum, ſecundo dactylum: tribus reliquis trochæum, vt,

Nobis cum ſemel occidit breuis lux.

In hoc genere Catullus ſubinde licentia abutitur, primo loco (præter ſpondeum) & trochæum & iambum ponendo, ſicut & ſecundo, pro dactylo nonnunquam ſpondeum ſubſtituit, quod imitandum non eſt.

SAPPHICVM.

Sapphicum, quod & ipſum hendecaſyllabum non immerito dici poſſit, certos & immutabiles retinet pedes in omnibus quinque locis, primo trochæum, ſecundo ſpondeum, tertio dactylum, extremis duobus trochæum. Raro ponitur abſque dimetro Adonico, è dactylo & ſpondeo conſtante.

Otium, & reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.

ANACREONTICVM.

Anacreonticum ſeu heptaſyllabum, habet loca tria, & ſyllabam vnam: pedes habet vſitatos duos, iambũ & ſpõdeum, loco primo ponitur iambus vel ſpondeus, & huius reſolutione interdum anapæſtus, reliquis ſolus iambus: vt

Sat eſt quiete dulci
Feſſum fouere corpus.

ARISTOPHANICVM ſeu Anapæſticum.

Ariſtophanicum ſeu anapæſticũ, quo in choris Tragici vtuntur, loca habet quatuor, pedes tres, anapæſtum, dactylum, ſpondeum: qui pedes in locis omnibus indifferenter ponuntur.

Castos ſequitur mala paupertas,
Vitioque potens regnat adulter.

ALCAICVM.

Alcaicum ab Alcæo inuẽtore dictum, habet locos quinque,

Alij syllabarum trium etiam 4. numero.
Dactylus ex longa & duabus breuibus, vt *pectore.*
Anapæstus ex duabus breuibus & longa vt *vacuas.*
Molossus ex tribus longis vt *virtutes.*
Tribrachys ex tribus breuibus vt *bibere.*
Quibus & alij 4. adduntur.
Bachius ex breui & duabus longis vt *honestas.*
Antibachius ex duabus longis & breui, vt *Audire.*
Amphimacer ex breui inter duas longas vt *Trinitas.*
Amphibrachys ex longa inter duas breues vt *videre.*
Ex simplicibus, alij pedes compositi surgunt.
Dispondeus ex duobus spondeis vt *Mœcenates.*
Proceleusmaticus ex duobus pyrrhichiis vt *Ariete.*
Dichoræus seu ditrochæus, ex duobus trochæis vt *Cantilena.*
Choriambus ex trochæo & iambo, vt *Nobilitas.*
Antispastus ex iambo & trochæo vt *amatore.*
Diiambus ex duobus iambis vt *propinquitas.*
Pæon primus ex trochæo & pyrrhichio, vt *multiuolus.*
Pæon secundus ex iambo & pyrrhichio vt *Colonia.*
Pæon tertius ex pyrrhichio & trochæo vt *Alienus.*
Pæon quartus ex pyrrhichio & iambo vt *celeritas.*
Epitritus primus ex iambo & spondeo vt *amauerunt.*
Epitritus secundus ex trochæo & spondæo vt *Cantilenas.*
Epitritus tertius ex spondeo & iambo vt *discordias.*
Epitritus quartus ex spondeo & trochæo vt *audiuistis.*
Ionicus à minori ex spondeo & pyrrhichio vt *præconia.*
Ionicus à maiori ex pyrrhichio & spondeo vt *Diomedes.*
Ex his certa lege iunctis versus omnis generis fiunt.

DE VSITATISSIMIS VERSVVM GENERIBVS.

HEXAMETRVM.

Hexameter versus, quem Cicero longum vocat, loca habet sex, pedes autem binos, Spondeum & Dactylum. In quatuor locis prioribus sine differentia collocatur spondeus & dactylus. In quinto solus dactylus, in sexto spondeus.

Longa dies homini docuit parere leones.

Prospet adesto tuas laudes, tua dona canenti;
Tu mihi non imæ plebis de sanguine nasci,
Sed patre, auo, proauoque antiqua stirpe creatis,
Et bene de patria meritis prodire dedisti.
Patre equidem viræ cui sexagesimus annus,
Bis viduus passo thalamos: iam vertice cano,
Et velut effœto iam corpore, spem super omnem,
Prolificos alia tribuit cum coniuge succos.
Talis honorato genitum me fœdere lecti
Carcere constrictum materno, & luce carentem
Æthetea, decimo dum luna reuerteret orbe,
Spumoso ex humore coacti more recenter
Caseoli in massam spissans, virtute latente
Fingis, & humana specie mentisque capace
Induis, vsque fouens, dum maturescat in aluo.
Hinc fractis vteri vinclis, per claustra viarum
Eduxit incolumem, Phœbei in luminis auras:
Ante parans alimenta mihi, quam nascerer, ori
Suauia, ventriculo peramica, accommoda membris,
Suctilia, irriguis calide asseruata lagenis
Mammarum, semperque labris exposta tenellis.
Adiicis in natum fidæ genitricis amorem.
Quæ nil deficeri patiatur sedula proli.
Sed mea vix menses quater octo expleuerat ætas,
Quum formidatus quondam senioribus annus,
Septenus nouies (quem κλιμακτῆρα vetustas
Nuncupat) eripuit duro mihi funere patrem.
Me tamen orbatum non deseris: efficis autem
Quo tibi maior honor, quo sit tibi gloria maior)
Mater vt officium rapti genitoris adæquet.
Illa igitur curas eati de pignore lecti
Sollicitas agitans, viduos solatur amores,
Præsentemque virum fingit sibi prole relicta.
Hanc monet, hortatur, castigat, præmia ponit,
Et patris exemplo, puerili in corde latentes
Suscitat igniculos virturum, & semina veri.
Territat à vitiis, quæ sensim prodere sese
Consuerunt ætate rudi emendatque premendo.
Illa feras lites, fastus, luxusque procaces
Detestata, cibo facili, cum simplice amictu
Contentum, docuit primis assuescere ab annis.
Hinc semper mihi grata magis mediocria magnis,
Pacis amans animus, fortisque mi fertus iniquæ.
Tempus erat teneræ ruditatem mentis inertem
Ponere, & ingenij meliorem quærere cultum:
Namque velut geminos vna de matre catellos
(Quos genio Natura dabat non dispare nasci)
Dissimiles cultura tamen, monstrante Lycurgo,
Reddidit hunc syluis durisque laboribus aptum,
Illum segnitiæ assuetum, & fumantibus ollis.
Tu mihi cultores animi, morumque magistros
Suggeris, & docilem me culturæque capacem

Efficis,& Sophiæ Musarumque indis amorem:
Vsque adeoque faues,vt quum iam ætatis adesset
Quinta trias,dederim futuræ insignia primæ,
Phocyliden Latio donando,Pythagoramque.
Postque duas hyemes formā cum morte pudicam
Certantem cecini,& Troxartæ prælia regis.
At decimo bis vere acto,præsignia laudis
Phœbeæ,Medicæque artis præconia dixi.
Messe bis vndecima,Cliùs audacia nostra
Sceptra Iehudææ sumpsit sibi dicere gentis,
Præsidio conata,tuique hæc numinis aura.
Præterea tantos prosper conatibus addis;
Successus nostris Medicæ inuigilantibus artis
Vt quum bis vitæ nondum duodenus adesset
Autumnus:Musis præclara Bononia dignum
Censuerit tituli me Doctoralis honore.
Interea regis affectus,quocumque locorum
Misisti:seu Ganduni me siue Leuaci,
Seu Laceburgiaci vel docto Budotis amne,
Itala vel tellus(vbi summa licentia morum)
Exciperent,vitiis iuuenilibus abstinuisti,
Frugi animum tribuens,rectique cupidine ductum.
Ac mihi ne mentem generis fiducia clari
Abriperet,ne luxus iners,ne blanda Dione,
Bacchus & illecebræ caperent,velut ora caballi
Luxuriantis eques freno & calcare gubernat,
Et rectam docet ire viam:sic nobile priscæ
Stemma domus,modici frenas moderamine cēsus,
Qui licet exiguus fuerit,tamen efficis illum
Sumptibus æqualem,stipis & nullius egentem.
Tandem me incolumen per multa pericula vectum,
Per mare,per montes,tempestatesque sonoras,
Sole sub externo,à morbis,& funere semper
Seruatum,reddis patriæ,lætæque parenti.
Annus & hinc non totus abit,de coniuge casta
Conueniēte thoro mihi prospicis:haud opulenta,
Haud quoq; formosa:sed quam mage plurima virt'
Cognitio veri,& reuerentia Numinis ornet.
Nec sterilem pateris thalamum: sed quatuor inde
Pignora viua mares ducis,totidemque puellas,
Suppeditans queis sufficiant nutrimina vitæ.
Iamque aderat sextum ver,ex quo ciuis agebam
Antuerpæ ad refluos Scaldis prædiuitis æstus.
Vectus vti longum tranquilla per æquora Ponti
Nauita,si celeres reuolare ad littora mergos
Ex placido videat pelago,vocemque ciere:
Vel si stellarum species de nocte cadentes
Conspiciat,longoque nitescere in aëre tractu.
Si bibat Iris aquas:si flumina radat hirundo:
Prouidus ille petit portum:aut legit humida vela:
Sic mihi dum recolo quod totū Belga per orbem
Victor in Ausonios,in Gallos,Saxonas,Afros
Duxerat,

Duxerat,& ſpoliis iam ſe oſtentabat opimis,
Alta in pace ſedens,bombycina carbaſa malis
Iungebat:magnis certabant ſumptibus vrbes:
Contemptaque aura veteri,noua Curia formá
Regifica,nigro & colubrino ex marmore tota
Splendida ſurgebat,Pietas dum preſſa gemiſcit.
Ex his haud dubiis longè præſciſcere ſignis
Venturam dederas cladem,& diſcrimina rerum.
Ergo velut Lothum Sodomis exire paratum,
Cum fida thalami conſorte,& prole tenella,
Quanta fugæ noras ſatis eſſe viatica donans,
Finibus educis patriis in tuta locorum.
Hoſpitium curas,alimenta benigniter addis.
Delectuque dato de conditionibus,vltro
Quatuor oblatis(cœleſti munere)ſuades
Lemgouios petere,& Cauco vicina Viſurgi,
Lippiacis Medicam factùrum heroibus artem.
Hic mihi Phœbea late inclareſcere fama
Vtiliter tribuis,magnumq; apud omne fauorem
Concilians mortale genus ſucceſſibus auges.
Interea ne res nimium mihi forte ſecundæ
Luxuriem pariant reddarque tuæ immemor auræ,
Elatam reprimis per fata domeſtica mentem,
Morbis immiſſis variis neque funere nullo.
Solaris tamen hæc iterum,cum maxima ſextum
Poſt Maium(quæq; ipſe mihi promittere nūquam
Auſus eram)plena largiris munera dextra,
Méque Palatini Friderici ponis in aula,
Qui Ierebulæa regnat Septemuir in arce,
Atque gregi ſocias fido te corde colenti.
Hic dum quadruplicis plebs per contagia morbi
Atteritur,tu méque meoſque à peſte tueris.
Aſt ne inſperato ſplendoris adauctus aceruo
Efferar, egregiæ mihi conſulis,inque modeſta
Lege tenes animum,pietate,tuique pauore,
Et ducis exemplo moderati,teque verentis.
Impleràt iam quarta cados vindemia muſto:
Cum tibi grandæuum(quem ſollicitudo piorum
Vndique preſſorum,Chriſtiq; Eccleſia mœrens
Et ſtatus imperij,multo iam tempore nutans,
Fregerat)exhauſtum longis exſoluere curis,
Fridericum ſedet,æternaque beare quiete.
Tanto orbum domino materna ex morte relicta
Prædia viſentem,cum nata & coniuge fida,
Per longum deducis iter,ſaluoſque reducis,
Ereptos iterum patriæ,ſurgente tumultu,
Atque domi incolumes donas reperire relictos.
Iam vero reducem ſpoliatum principe tanto,
Demulces iterum delectu ex munere terno
Oblato,à Batauis,Cattis,& faucibus Hartæ.
De quibus hortaris,faciendo artemque docendo,
Degere Neuſtadij,& Caſimiro impendere curam.

In VS breuia sunt, vt *seruus, tempus, venus, legitimus, damus, dentibus, manus, manibus.*

Producuntur monosyllaba, *Rus, Thus, ius, pus, plus, grus, sus.*

Itē genitiui tertiæ declinationis, *Clius, Didus, Clothus.*

Sic quoq; genitiui quartæ, nec nō nominatiui & accusatiui & vocatiui plurales eiusdem, vt *manus, visus, census.*

Longi sunt & nominatiui singulares facientes genitiuū in uris, & utis, & udis, vt *Tellus, salus, virtus, palus paludis,* quod tamen breue ponit Horat.

Regis opus, sterilisque diu palus aptáque remis.

Producuntur & illa, quorum genitiui exeunt in untis, *Cerasus Cerasuntis, Opus Opuntis, Hydrus Hydruntis, Amathus Amathuntis.*

Longa quoque sunt genitiuum in odis habentia, vt *Melampus, Sciopus, Oedipus.*

Eiusdem ordinis sunt, habentia vocatiuum in u, vt *Panthus Panthu.* Item *Iesus, Iesu,* Domini nostri Saluatoris Filij Dei nomen.

Y S.

In YS, peregrina corripiuntur, vt *Capys, Libys, Chelys.* *Thetys,* pro vxore Oceani variatur. Virg.

Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis. Ouid.

Tethys & extremo sæpe relicta vado.

T

In T desinentia corripiuntur, vt *caput, capit, legit, audit.*

Producitur tamen collisionis vi aut per syncopen, vt *fumat* pro *fumauit, obiit* pro *obiuit,* & *obit* pro *obiit.*

Iuuenal. *Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.*

Ouid. *Non adiit apte, nec legit idonea credo Tempora.*

Ouid. *Et petiit herba fertilioris opem.*

OBSERVATIO.

A communibus regulis si quid diuersum apud antiquos poëtas inuenitur, quamuis auctoritatem habeat, non omni tamen in loco imitandum, sed obseruationibus eruditiorum est reseruandum. In nomine *Euripus,* cum ponitur pro *freto,* vt apud Lucanum, Senecā, Silium, Val. Flaccum, Ausonium, item cum pro *aquaductu,* vt Cicero exponit, vt apud Ouidium.

Stagnaque & Euripi, virgineusque liquor.

R.

In R Latina breuia sunt, vt *cæsar*, *carcer*, *mulier*, *pater*, *mater*, *frater*, *soror*, *leuir*, *vultur*, *fulgur*, & similia.

Producuntur *par*, *impar*, *dispar*, *compar*, *cur*, *fur*, *lar*, *far*, *nar*. Item *aër*, *æther*, *crater*, *character*, *clister*, *stater*, *spinter*, *Iber*, & quæcunque genitiuum in eris penultima longa adaugent, sicut & *ver*. Virg.

Hic ver assiduum, atque alienis mensibus æstas.

Variantur *Celtiber*, *vir* & *cor*. Virg.

Hic vir hic est, tibi quem promitti sæpius audis.

Ouid. *De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.*

A S.

In A S Latina producuntur omnia, tā singularis, quā pluralis numeri, vt *bonitas*, *maiestas*, *bonas*, *deas*, *foras*, *legas*, *audias*.

Corripiūtur nominatiui tertiæ declinationis, formantes genitiuum in adis aut ados, vt *Pallas*, *Arcas*, *Clycas*, *Pleias*, *Ilias*, *Pythias*.

Ouid. *Quatuor autumnos Pleias orta facit.*

Breues sunt & accusatiui plurales Græci. Ouid.

Et plures illic Hectoras esse puta.

E S.

In E S producuntur, vt *Anchises*, *Dares*, *dies*, *fides*, *fames*, *abies*, *aries*, *Ceres*, *paries*, *pes*, *merces*, *lebes*, *heres*. Item pluralia eorundem.

Corripiuntur crescentia in itis aut etis, *vt miles*, *termes*, *palmes*, *seges*. Ouid.

Et rudis ad partus, & noua miles eram.

Item.

Fertilior seges est alieno semper in agro. Item.

Præpes adunca Iouis.

Breuis est terminatio Græca. Ouid.

Hic Curetes habent, hic Corybantes opus. Item.

Occurrent longo tibi Troades agmine matres.

Iuuenal. Satyr. 7. *Tenet insanabile multos*

Scribendi cacoethes, & ægro in corde senescit.

I S.

In I S finita corripiuntur, vt *cinis*, *legis* verbum & nomen,

Sed fidente tibi (tanto est tua cura) relictæ
Natarum minimæ, sponsum das, stemmate pulcro
Stœckelium, pietate pari, Musisque decorum.
Tu quoque natorum vice (nã septẽ arce beasti
Ætheria) mihi das natorum cernere natos.
Tu procul à patria, patriam in regione feraci
Et vini & cereris donas, dulcemque quietem,
Principe sub placido tutam & cœlestibus alis.
Inque pio cœtu, qui te timet, ardet, adorat,
Quod mihi, quod natis opus est, largiris abunde.
Quid dicam? quod & hãc iterum dignaris honore
Magnifico, reddisque auro præeunte verendam
Canitiem, quam sexagesima liquerat æstas?
Tu mihi nunc octo sexagintaque per annos
Incolumen seruas vitam discrimine ab omni.
Quum puer vnius concretam frigore noctis
Calcabam glaciem, vel quando heredia circum
Lintre breui ludens fossæ labebar in vndas.
Inde bis euersa eiectus currente quadriga,
Cumque per angustum præceps altumque caballo
Corripiente viam Rhetæas ferrer in Alpes:
Haud aliter longo post tempore, quando reuersus
A patriæ campis, hærediolo que parentis,
Sole sub ardenti, conuexa in naue sedebam.
Antennæ graue pondus, ab alti culmine mali
In caput illapsæ, lethum mihi pene tulisset.
Sic quum vectus equo, multo post Vvachenhemæ
Vrbe domum repeto, curata nobile ab ægra:
Ponticulo sonipes falsus pede labitur, atque
Sessorem saxo secum deuoluit ab alto.
Tu mihi perpetuus custos, dextraque fideli
Tutabaris, vti dilectum luminis orbem,
Me quoque sed modicis voluisti affligere morbis.
Viriolis equidem, febrique ex ordine quartos
Obseruante dies puerum, verum inde per annos
Vicenos stabili donabas robore corpus.
At iuuenili æuo per succussantis equi vim
Lassatum rigor & febrilis corripit ardor
Continuus, sexta quem luce recedere sensi.
Et licet octauo rediuiuus Sole redirer:
Quinta tamen rursus sublatum vespera vidit.
Deinde bis vndenas firmo me corpore messes
Conseruas: donec cumulati sanguinis humor
Insidias strueret lumbis crurisque sinistri
Gressibus officeret dolor in coxendice natus.
Ast hunc te dante ex cubito & gemino pede secta,
Sustulit educto confertim vena cruore.
Hinc vigor ille meos non deficit hactenus artus.
Sic mihi conseruas sano cum corpore vitam,
Cladibus exemptam magnis, bellique pauore.
Quale ter vndenos Belgas diuexat in annos,
Quamque manu tam munifica defendis, alisque

Hactenus,ad gelidam ſeruabis porro ſenectam.
Quid vero tibi pro meritorum gratus aceruo
Retribuam ſupreme Pater,cui debeo cuncta:
Semper honos tuus ore meo,laudéſque ſonabunt.
Dum reget hos artus anima, & poſt funera viuet,
Seu manſura ſuis aliquanto temporis orba
Exuuiis:ſeu læta iterum(ſimul vda putredo,
Arida vel caries,vel flammæ abſumpſerit ardor,
Et tenues varie diſiecerit aura fauillas)
Corporis hoſpitium(flatu cæleſte reductis
Vndique particulis)tandem ſubitura prioris,
Vt mox æthereis viuax ſecum inferat aſtris.
Nāq; vt quondam olitor qui forte minuta ſub vno
Diuerſi generis confuſa videbat aceruo
Semina:mox ſecum,dum ſingula ſeligit,hoc eſt
Ozimon,hoc apiū,lapathum iſtud,at oxalis illud,
Daucus & andrachne,ammi apiaſtrum, vrtica,melanthum.
Sic tua,ſed melior ſapientia nouit acuto
Permiſtos hominum cineres diſcernere viſu.
(Scis etenim quo ierāt, & cuius quæq; fauilla eſt)
Diſcretoſque iterum componere in oſſa,cutemque
Et neruos intermedios,formamque priorem:
Cuique ſuam reddens animam,quæ reddita mēbris
Fida meis rectrix,rediuiuo in corpore deget,
Et ſecum in cœlos rapto per ſecula viuet,
Angeliciſque choris,turbæque adiuncta fideli,
Deuicta Morte atque Erebo, victoque Satane,
Æternos Agni decantatura triumphos.

FINIS.

